Pertince Ad conuentus Salmanticnus. Sancti, Pris: N. augustini.
vtjé co;

A
Liber posteriorum
magistri pauli veneti

Frater Antonij
De Tapia

De la compa de Jesus de Segovia y de su
Libreria

¶ Clarissimi artium ⁊ sacre theologie doctoris Pauli veneti ordinis heremitarū diui Augustini expositio in libros posteriorum Aristotelis feliciter incipit.

Omnis doctrina ⁊ oīs disciplina intellectiua ex preexistēti fit cognitione.

¶ Iste est liber posterior Aristotelis: i quo determinat de syllogismo demōstratiuo: postq̄ in libro prior determinauit de syllo simplr. ⁊ ī libro elēcor de syllo falsigrapho. ⁊ in libro thopicorū de syllogismo pbabili. Et diuidit ī probemiū ⁊ tractatū. tractat⁹ icipit ibi. Scire āt. Probemiū diuidit ī q̄ttuor ptes iuxta q̄ttuor cl̄ones quas Aristoteles pbat īpugnās opinionē socratis ⁊ eracliti dicētium q̄ nō cōtingit aliqd scire. ac opinionē platonis dicētis q̄ bene cōtingit aliqd scire: sed nō d̄ nouo: ⁊ q̄ nostrū addiscere ē solū reminisci. Quarū prima ē ista. Omnis doctrīa ⁊ omnis disciplīa ītellectiua ex p̄existenti fit cognitiōe. qua pbata videt falsitas illar opinionū. Sicut enī agēs naturale nō inducit vnā formā nisi corrumpat aliā. vt patet de agēte pducēte formā substātiales vel accidētales primarū qualitatū. ita aristoteles nō īducit modum quo scientia acqritur ī nobis nisi prius destruat opiniōes falsas siue veritati repugnātes. ¶ Notandū primo secundū egidiū q̄ oīs noticia ītellectiua est concl̄onis vel pricipior. Si conclusionū: illa fit ex pricipys ⁊ ōnter ex preexistēti cognitiōe Si pricipior: illa fit ex sensib⁹ memorys ⁊ expientys: ⁊ per ōnīs ex priori cognitiōe. Istud dictū est mihi dubiū: quia nō omnis noticia intellectiua est ōclusionū vel principiorū: eo q̄ nulla noticia incomplexa est principior vel ōclusionū: ⁊ maxīe prima noticia habita de q̄ditate vel singulari p̄ītato p fantasma. ñ etiā q̄libet noticia principior ē ex memorys sēsib⁹ ⁊ expiētys. quia nō cognitio primor pricipior: neq̄ aliqua ars vel scīa bīta sola auēte magistri. aut p exercitiū ⁊ studiū tātum libror. ¶ Dicēdum iō q̄ duplex ē noticia scilicet sensitiua q̄ fundat ī sensu. ⁊ ītellectiua q̄ fūdat in ītellectu. Et hec iter ē duplex. s. incōplexa ⁊ cōplexa. Noticia īcōplexa ē illa q̄ nō cōponit ex ptialibus noticys: vt noticia qua solū cognoscit hō vel equ⁹. Noticia cōplexa ē illa q̄ cōponit ex ptialibus noticys: vt illa qua cognosco hoīem esse aīal. vel equū eē albū. Nō ergo q̄libet noticia sensitiua fit ex p̄existēti cognitiōe. qr ī noticia sensus exterioris. alr enī pcederet in īfinitū. s̄z bñ oīs noticia ītellectiua tā ōplexa q̄ incōplexa. Cōplexa quidē p̄supponit noticias īcōplexas suar partiū: ⁊ q̄libet īcomplexa p̄supponit noticiā sensitiuā ī vtute fātastica dicēte philosopho 3° de aīa. q̄ ītellect⁹ ex se est ī pura potentia: ⁊ tāq̄ tabula rasa ī qua nihil ē depictū se habēs ad ītelligibile sicut sensus ad sensibile. ⁊ q̄ necesse ē ītelligentē fātasmata speculari. ¶ His habitis arguit sic. Oīs noticia ītellectīa fit ex p̄existēti cognitiōe: sed oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa ītellectīa ē noticia ītellectiua. ergo oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa ītellectiua fit ex p̄exñti cognitiōe. ¶ 2° notādū secūdū Egidiū q̄ scīa duplr acqrit. s. p iuētionē ⁊ p auditū ab alio. Scīa acqsita p iuētionē dicit doctrīa: nō qa sit ab alio doctore: s̄z qa habēs eā pōt aliū docere. Scīa auditu acquisita dicit disciplīa. qa recipit ī discipulo ab alio. Auditus enī ē sensus disciplīe: secūdū Aristo. ī li° de sensu ⁊ sensa. ⁊ ī p hemio methaphisice ōstat quālibet talē scīam eē ex p̄exñti cognitiōe. ergo ōclo vera. ⁊ licet illud sit bñ dictū: nō tñ īcōuenit eādē scīaz eē doctrinā ⁊ disciplinā. doctrinā vt ē a doctore. disciplinā vo vt ē ī discipulo. sicut u ē īconueniēs per philosophū. 3. physi. q̄ idē mot⁹ sit actio ⁊ passio diuersis rōnib⁹. actio qdē vt ē ab agēte. ⁊ passio vt ē ī patiēte. īmo hoc seqt̄ ex suo mō loquēdi. Si. n. doctrīa dicit nō qa sit ab alio sed qa p eā pōt qs docere: ⁊ cū p disciplinā possit qs docere sequit̄ q̄ disciplīa sit doctrīa. nec incōuenit q̄ aliqs doceat semetipm. sicut nō ē īconueniēs q̄ aliqs calefaciat vel frigefaciat seipsuz. ¶ Tertio notādū q̄ nō q̄libet ppō vera aut necessaria cui ītellect⁹ assentit ē doctrīa vel disciplīa. qa tūc nō q̄libet doctrīa vel disciplīa ītellectīa eēt scīa bīta p iuentionē vel p auditū. sed q̄libet doctrīa vel disciplīa ē act⁹ vel bīt⁹ acqsit⁹ p discursuz a p̄missis ad ōclusionē. sicut igit̄ scīa habitualis ē bītus acqsitus p ōmōstrationē. ⁊ scīa actualis ē noticia ōclonis demōstrate. ita doctrīa vel disciplīa bītualis nō ē aliqua ppō: sed bītus derelict⁹ ex discursu sillogistico. doctrīa aūt ⁊ disciplīa actual ē noticia ōclonis sillogizate ⁊ p discursuz ōclusē. ¶ Quarto notādū q̄ ista ppositio ex. sumit̄ quadruplr. Prio vt dicit bītudinē termini a quo: eo mō quo dicim⁹ diē fieri ex nocte: ⁊ bītū ex priuatiōe. Scdo vt dicit bītudinē partis ōstitutīe eo mō quo dicim⁹ cōpositū fieri ex materia ⁊ forma. aut statuā ex ere ⁊ figura. Tertio vt dicit bītudinē cāe effectīe eo mō quo dicim⁹ filiū fieri ex patre. ⁊ filē ex filī. Quarto vt dicit bītudinē cāe materialis eo mō quo dicim⁹ formā fieri ex materia. ⁊ figurā ex q̄ntitate. Dico ergo q̄ oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa ītellectiua fit ex p̄existēti cognitiōe tāq̄ ex termīo a quo. qr fit ex medio syllogistico vl demōstratio qd̄ nō īgredit ōclonez. fit ēt ex p̄exñti cognitiōe tanq̄ ex partib⁹ ōstitutiuis. qr ōclo fit ex extremitatib⁹ q̄ nō solū sūt partes p̄missar s̄z ēt ōclonis. fit ēt ex preexistēti cognitiōe tanq̄ ex cā effectiua. qr p̄misse aliquo mō efficiūt ōclusionē vt testat Lincoñ. p° posterior. di. q̄ noticia p̄missar gignit scīam ōclonis. Nulla aūt doctrīa vel disciplīa fit ex p̄exñti cognitōe tanq̄ ex causa materiali ⁊ subiectiua. qr nulla cognitio actualis vel bītualis ē subiectiue ī alia noticia: s̄z tātuz ī aīa vel ī po^a ei⁹. ¶ Ex p̄dictis seqt̄ q̄ nō bñ glosat̄ dicta ōclo fic. Oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa ītellectiua fit ex p̄exñti cognitiōe. s. sensitīa. qr siue depēdeat opatio ītellect⁹ a sensu. siue nō depēdeat. nō minus hz illa ppō veritatē. nā angeli īferiores bñt doctrinā ⁊ disciplinā. qr docētur ⁊ addiscūt ab angelis supiorib⁹: ⁊ tñ nō ex p̄exñti cognitiōe sensitiua. ¶ Primū dubiū. oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa est ītellectiua ⁊ etiā fit ex p̄exñti cognitiōe. igit̄ frustra dicit intellectiua. Rñdet negādo omnē doctrinā vel disciplinā eē ītellectiuā. qr Arist. ī ꝓhemio methaphisice pōnit oīa aīalia esse prudētia q̄ bñt memoriā: ⁊ disciplinabilia q̄ bñt auditū. sed multa bruta habēt auditū. ergo multa bruta bñt disciplinā. que etiā ē doctrīa p quāto hec aīalia docent̄ ab alio agere aliqua ex assuefactiōe q̄ ex ppria natura nō agūt. Et licet oīs doctrīa ⁊ oīs disciplīa fiat ex p̄exñti cognitiōe: tamē subiunxit phūs ītellectiua ad excludēdū opinionē platonis dicētis q̄ oīs doctrīa vel disciplīa sensitiua bene fit ex p̄existēti cognitōe: sed nō oīs ītellectiua: asserēs omnē aīam ītellectiuā eē creatā ī pricipio mūdi vna cū omnib⁹ habitib⁹ practicis ⁊ speculabilib⁹ cū qb⁹ actuat corp⁹ ⁊ recedit ab illo. ita q̄ nō acqsiuit hos bītus ex p̄missis aut cōclusionib⁹ p̄cedentibus: sed oēs sil: ex qbus postea format disposito corpore p̄missas ⁊ ōclones. ¶ Scdm dubiū. ars demōstratiua est q̄dam doctrīa vel disciplīa. ⁊ nō fit ex p̄existēti cognitiōe. qr tunc d̄ arte demōstrādi seu de ipsa demōstratione haberet̄ scīa. qd̄ nō videt̄ verr. nā scīa acqrit̄ p demōstrationē. si ergo demōstratiōe ē scīa oz q̄ demōstratōe sit demōstratio. qd̄ ē īcōueniēs: qr pcederet̄ ī īfinitū. ¶ Prīa respōsio sumēs fundamētū Auicē. di. q̄ ī actib⁹ aīe nō ē īconueniēs pcedere ī īfinitū. quoniā si ītelligo me ītelligere: ītelligo illā ītellectionē p aliam ītellectionē. ⁊ istā iter p aliā: ⁊ sic ī īfinitū. ⁊ qr demōstrare: arguere: ⁊ syllogizare sunt actus rōnis. iō d̄ demōstratiōe habet̄ scīa p demōstrationē. ⁊ iter de ista d̄mōstratiōe habetur scīa p aliā demōstrationē: ⁊ sic in īfinitū. Sed hec rñsio stare nō pōt. qr īfinitū scdz q̄ īfinitū: ē ignotū. p° physi. ergo nō ōtigit ītellectū pcedere ī īfinitū: ⁊ p ōns aliqua ē d̄monstratio q̄ nō habet̄ p d̄mōstrationē: sicut ergo albedo nō al-

befit:nec motus mouetur.ita syllogism⁹ nõ syllogizat.nec ōmõstratio ōmõstrat. ¶ Scõa rñsio di.q̃ sicut faber vno martello facit aliũ martellũ:nõ tñ pceditur ī ifinitũ. ita de demõstratione habetur scia p demõstrationem:nõ tñ pcedi tur ī ifinitũ.qz demõstratio p quã habet scia de ōmõstratõe nõ ē illa demonstratio. ¶ Hec rñsio iterum defendi non põt.qz si faber p aliq̃ actionẽ fabricaret oẽm martellũ:non posset illam actionẽ agere cũ martello.qz tũc ille martellus ꝛcipsum efficeret.Cũ ergo ī hoc libro tradat ars de oī demõ stratiõe:nõ poterit hoc fieri p demõstrationẽ.qz tũc illa de mõstratio seipsaz demõstraret. ¶ Tertia respõsio ē Egidij di.q̃ ars demõstrãdi nõ habet p demõstrationẽ sed p regu las.ꝛ q̃ de demõstratiõe nõ habet scia sed solũ opinio vel modus sciẽdi.qz logica ingt ipse:nõ ē scia sed solũ opinio vel modus sciẽdi iuxta illud phi secũdo metha.di. vanũ ē sil q̃ rere sciam ꝛ modũ sciẽdi:itelligẽs p modũ sciẽdi logicã.naz cũ logica fit de actib⁹ rõnis applicabilib⁹ ad res:si logicus determinat de ipsis actib⁹ rõnis vel de his q̃ p huiusmodi actus ꝓstituũtur vt:pbat ō eis:passiões ōbitas p ōbita prici pia:dicit eē docẽs.ꝛ sic nõ demõstrat qz pcedit p coia ꝛ non aggenerat sciam sz modũ sciẽdi.Si aũt hꝰ actus rõis appli cat ad aliquas res ꝛ format syllogismũ de eis:vt q̃ oīs hõ ē aīal ꝛ nõ ecõuerso.vel aliqd̄ sile:dicit esse vtẽs ꝛ aggenerat opinionẽ. ¶ Ista respõsio ē mihi dubia.qz sicut par vel īpar ē demõstrabilis passio a mathematico de numero. ita verũ vel falsuz ē passio ōmõstrabilis a logico ō ppõne.ꝛ sicut me thaphisicus ꝓsiderat de ente reali.ita logic⁹ de ente rõnis. ergo sicut methaphisicus põt ōmõstrare aliquã passionẽ de ente reali.ita logic⁹ põt demõstrare de ente rõnis. ¶ Quar ta respõsio dicit:quã solã reputo eē sustinendã.q̃ ars demõ strãdi nõ acgrit p ōmõstrationẽ:sed p pcessus regulares.ta me de demõstratiõe habet scia nõ tanq̃ ō ꝓclone qz ōmon stratio nõ icit neq̃ demõstrat.sed ō demõstratiõe habet scia ꝛ demõstratio tanq̃ de subiecto. scz tanq̃ de eo de quo ōmõ strat aliqua passio. Dicit enī Aristo.scdo posterioꝛ.q̃ diffõ materialis ōmõstrat p formalẽ.Cõstat ãt q̃ demõstratio hz duplice diffonez.s.formale q̃ ē syllogismus faciẽs scire.ꝛ ma teriale q̃ ē ex primis veris īmediatis priozib⁹ notioribus ꝛ causis ꝓclonis:vt testat Linco.ergo diffõ material p forma lẽ de demõstratõe poterit demõstrari sic arguẽdo.oīs syllo gismus faciẽs scire ē ex primis veris īmediatis priozib⁹ no tiozibus ꝛ cãis ꝓclonis.sed oīs demõstratio ē syllogismus fa ciẽs scire.igit.Et lz primũ veꝝ ꝛ īmediatũ ꝛ hꝰ:sint cõia de mõstratiõi:tamẽ oratio cõposita ex oībus illis sex particulis ē ppria demõstratiõi iuxta doctrinã Aristo.scdo posteriozũ. di.q̃ aīal gressibile bipes:ē diffinitio ꝓuertibilis cũ hoīe.licz q̃libet pars ī plus se hẽat.sicut ergo nõ ē īconueniẽs eundez artificẽ edificare ꝛ docere edificare.ita nõ incõuenit logicũ demõstrare ꝛ docere demonstrare. Logicus ergo vt demon strat aggenerat sciam.vt aũt pbat:aggenerat opinionẽ.ꝛ vt docet aggenerat modũ sciẽdi.ex q̃bus sequit logicã eē scias ꝛ opinionẽ ꝛ modum sciendi licet diuersimode.

Adhãc festũ ē at hoc speculãtib⁹ ī oẽs. mathẽatice .n.scia p hũc modũ fiũt: ꝛ aliarũ vnaq̃q artiũ.

¶ Predictã ꝓclusiõez Aristo. pbat exemplariter tripliciter. Prio ex sciẽtys realib⁹ tã practicis q̃ speculatiuis.di. illd̄ eē manifestũ in mathematicis ꝛ ī vnaq̃q aliaꝝ artiũ.certũ.n. est q̃ geometria ꝛ arithmetica fiunt ex pexñti cognitione. nunq̃ enim demõstrabit geometra q̃ oīs triãgulus hz tres angulos.nec arithmetic⁹ q̃ oīs numer⁹ ē par vel impar nisi ex preexñti cognitione.ꝛ ita apparet ī alys sciẽtys ꝛ artibus īductiue. ¶ Notandũz primo q̃ ars dupl̃r capit .s.cõiter ꝛ ppe.ars.n.cõiter sũpta ē hitus recta rõe actiu⁹ vel factiuus. ꝛ sic quelibet scia speculatiua ē ars iuxta cõem modũ dicẽdi q̃ septem sũt artes liberales.ꝛ in phemio mathematice di cit phũs q̃ ars speculatiua ē magis scia q̃ practica. Ars aũt ppie dicta est hitus recta rõe factiu⁹.ꝛ sic distiguit a sciẽtia speculatiua iuxta intẽtionez Aristo.di.7.ethi.q̃ ars ē recta rõ factibiliũ.Dicit ergo phũs.ꝛ vnaquecq̃ aliaꝝ artiũ.ꝛ nõ dicit sciarum.ne aliqs crederet ppõnez illam solã eē veram in sciẽtys ꝛ nõ ī q̃buscũq̃ artib⁹. ¶ Scõo notandũ q̃ artiũ q̃dã sũt speculatiue tantũ.q̃dam practice tãtuz.quedã vero practice ꝛ speculatiue simul.Artes speculatiue tãtum sũt il le quaꝝ nullus est finis nisi scire.vt sciẽtie diuine naturales ꝛ mathe.ꝛ medie.Artes practice tãtũ sũt ille q̃ꝝ null⁹ ē finis nisi opari.vt ars domificãdi nauificãdi ꝛ alie ꝓsiles q̃ īdigẽt deliberatiõe.ac etiã ars suẽdi ꝛ texẽdi q̃ nõ egẽt ōliberatõe. Artes practice ꝛ speculatiue simul sũt quaꝝ finis est scire ꝛ opari.vt medicina ꝛ philosophia mozalis.ꝛ qz prĩcipali⁹ ītẽ dunt opari q̃z scir cũ ipsaꝝ scir fit pp opari:magis sũt dicẽde practice q̃z speculatiue.vnũquodq̃z enī magis denominat a fine vltimo q̃z ppinquo.ꝓstat autẽ oẽs has artes fieri ex pre exñti cognitione. ¶ Tertio notãdũ q̃ sciaꝝ speculatiuarum q̃dam fiũt p causã tantũ vt mathe.q̃dã p causã ꝛ effectũ vt diuine ꝛ naturales. Mathematicus enī nunq̃z pcedit nisi a cã ad effectum. naturalis aũt ꝛ diuin⁹ īdifferẽter pcedũt a cã ad effectũ.ꝛ ab effectu ad cãm.iõ ōmõstratiões mathemati ce sunt demõstratiões simpliciter aggenerãtes scias certis simas.demonstrationes aũt naturales ꝛ diuine sũt freq̃nter ōmõstrationes ex suppõne ñ aggenerãtes scias certissimas. ꝛ hocẽ qd̄ dicit ꝓmentator secũdo methaphisice.q̃ scientie mathe.sũt in ꝑmo gradu certitudinis:ꝛ naturales sequũtur eas.Quia ergo mathe.sunt certiores alys:ideo aristo. tantũ ō eis facit mẽtionẽ. ¶ Dubitat cũ logic⁹ pbet ꝑncipia aliaꝝ scias dicẽte phõ ꝑ thopicoꝝ.q̃ ad oũz methadoꝝ prĩcipia viã hz.ppter qd̄ pbat ꝓclusionẽ ꝑncipaliter intẽtam p alias scias.ñ enī vti debz logica alys scientys sed ecõtra. Rñdet q̃ logica nõ vtit alys sciẽtys tanq̃z regulantibus ipsam. qz ipa regl̃at oẽs alias scias docẽdo disputare arguere ꝛ respõ dere.sed vtit alys scientys tanq̃z iuuantibus eam conferen do similitudines ꝛ exempla q̃bus logicus suozum dictorum veritates manifestat.

¶ Similit autẽ ꝛ circa oratiões q̃ p sylogismos ꝛ q̃ p iductionez Utreqz.n.p pri⁹ nõ faciũt doctri nã.be qdẽ accipiẽtes tãq̃z a notis:ille vero ōmõ strantes vniuersale per id quod est manifestum singulare.

¶ Scõo arguit aristo.ad illaz ꝓclusionẽ ex sciẽtys sermotio nalibus ꝓbabiliter icidẽtib⁹ cuiusmodi sũt dyaletice. dupli ci enī via pbat suũ itentũ dyaletic⁹.s.p īductionẽ ꝛ p discur sũ accipiendo singularia ꝛ īferẽdo vniuersale.aut accipiẽdo ꝑmissas ꝛ īferẽdo ꝓclusionẽ:ꝓstat aũt quolibz istoꝝ modoꝝ omnem doctrinã ꝛ oẽm disciplinã eē ex ꝑexistẽti cognitõe. ¶ Notãdũ ꝑmo secũduz philosophũ ꝑ topicoꝝ q̃ quatuor sũt gẽa argumẽtoꝝ.s.īductio.syllogism⁹.enthimema.ꝛ exẽ plũ. Inductio ē pcessus ab oīb⁹ singularib⁹ alicui⁹ vniuersa lis ad illã vniuersalẽ.vt iste hõ est animal.ꝛ iste hõ ē animal. ꝛ sic de singulis.ergo oīs hõ est aīal.Syllogism⁹ est oratio in qua q̃busdã positis ꝛ ꝓcessis necesse ē aliud euenire p ea que posita sũt ꝛ ꝓcessa.ingt Aristo ꝑ prioꝝ. Enthimema ē pces sus ab vna ꝑmissa ad vnã ꝓclusionez.vt hõ currit .ergo aīal currit. Exẽplũ aũt est pcessus ab vno singulari aut plurib⁹ ad aliõ singulare.vt iste ignis calefacit te.ergo p idẽ iste ali⁹ ignis calefaciet te. Iste petens munitiones tyrannizauit et ille petens munitiones tyrannizauit.ergo p idem iste alius petẽs munitiões tyrrãnizabit.ꝛ quãto plura singularia capi imt tanto exemplum ē efficacius. ¶ Scõo notandũ q̃ hoꝝ argumentoꝝ duo sũt pfecta ꝛ ꝓpleta.s.īductio ꝛ syllogism⁹. ꝛ duo alia sũt īcõpleta ꝛ īperfecta.vt enthimema ꝛ exẽplũ.ꝛ qz rectũ ē iudex sui ꝛ obliq.ꝛ ꝓsiderãs vnũ oppositoꝝ habz ꝓsiderare altezꝝ:vt colligit de mẽte Aristo.ꝑ ꝛ secũdo ō aīa: iõ logic⁹ ꝓsiderãs īductionẽ ꝛ syllogismum ẽt ꝓsiderat enthi mema ꝛ exemplũ:ex quo perfectũ opponit īperfecto.ꝛ ꝓple tũ incõpleto .nihil tamẽ pbat per enthimema vel exẽpluz: sz solũ per īductionẽ ꝛ syllogismũ.qz cũ sit artifex subtilis ꝛ speculatiu⁹ ñ pcedit p rõnes grossas ꝛ vulgares sz p rões fir mas ꝛ efficaces:cuiusmõi sũt īductio ꝛ syllogism⁹ ppter quã

cām non facit Aristo. mentionem ī hac rōne nisi de īductōe ⁊ syllogismo. qbus tm̄ in suis pbationib⁹ vtit̄ logicus vl dyaleticus. ⁊stat autem q logicus nō inducit nec syllogizat nisi ex preexistenti cognitione.

¶ Similiter aūt ⁊ rhetorice persuadent. aut. n. p exemplum quod est īductio: aut per enthimema quod quidam est syllogism⁹.

¶ Tertio arguit ad idē philosoph⁹ ex sciētys sermocinalib⁹ tm̄ suadētib⁹ cuiusmodi sūt rethorice: nā rhetoric⁹ suadet p exēpla que sūt īductio. ⁊ p enthimemata que sunt vere syllogism⁹. Arguit enī sic. dionisius siracusan⁹ petens munitiōes tyrannizauit. ⁊ ali⁹ petens munitiones tyrannizauit. ergo p idem iste petēs munitiones tyrānizabit. Aut sic. iste vincit olimpiam. ergo debet coronari. hoꝝ argumentoꝝ primus ē exemplum: ⁊ secūdū enthimema. ex quib⁹ liquet rhetoricū pcedere semp ex preexistēti cognitiōe. ¶ Notādū q sicut logic⁹ versat̄ circa materiā subtilē ⁊ speculatiuam de actib⁹ rōnis. ita rhetoric⁹ circa materiā grossaz ⁊ moralē de actib⁹ humanis. ⁊ sicut logic⁹ disputat ītellectualiter p inductōes ⁊ syllogismos formādo vniuersalia q̄ ptinent ad ītellcm̄: ita rhetoric⁹ sensualiter tm̄ suadendo arguit p singularia ptinētia ad sēsū. Habet. n. suadēr vulgarib⁹. iō nō vtit̄ ītellectualib⁹ p̄ncipaliter: sed magis sensibilib⁹ que ī exemplo īueniūtur ⁊ in enthimemate. iō solum exēplariter ⁊ enthimematice suadēdo arguit. ¶ Sed dubitat̄. qz dicit aristo. q rhetoricus suadet p exēpla que sūt īductio: ⁊ enthimemata q̄ sūt vere syllogism⁹. ergo rhetoric⁹ pcedit īductiue ⁊ syllogistice: ⁊ ⁊ñter nō vident̄ cē quatuor genera argumētoꝝ: si exēplū ē īductio: ⁊ enthimema ē syllogism⁹. Prīa expositio ē themisty di. q duplex ē īductio. s. pfecta ⁊ diminuta. Inductio pfecta ē pcessus ab oīb⁹ singularib⁹ alicui⁹ vl is ad illā vl em. Inductio īpfecta ē illa que ē ab vno singulari vel a plurib⁹ ad aliud singulare. Etiā duplex ē syllogism⁹. s. complet⁹ ⁊ diminutus. Syllogism⁹ pfectus siue cōpletus est ille qui ⁊stat ex trib⁹ terminis ⁊ tribus ppōnibus. Syllogism⁹ īpfectus aut diminut⁹ est ille qui tm̄ ⁊stat ex duab⁹ ppositionib⁹ altera seruata in mēte. vt homo currit. ergo aīal currit. cui⁹ minor ppositio seruat̄ in mēte. s. omnis hō est aīal. que si explicaretur fieret completus syllogism⁹ ī tertio modo tertie figure. ¶ Dicēdus ergo fm themistiū q Arist. loqtur de īductione diminuta ⁊ sillogismo impfecto. ⁊ ⁊ñter q trāslatio falsa ē. qz nō debet dici enthimemata neqz exēpla ī numero plurali: sed enthimema ⁊ exēplū ī numero singulari. neqz dz dici vere sed qdā isto modo exemplū quod ē īductio ⁊ enthimema qd̄ ē qdam syllogismus. Scda expositio ē egidy di. q illa lra ē plāliter scribenda ⁊ non singulariter. qz licet vnū exēplum nō sit īductio tm̄ multa exēpla sūt vna īductio. s. vbi exemplariter accipiunt̄ oīa singularia alicui⁹ vl is. Nā ⁊ si hoc exēplū. dionisi⁹ petēs munitōes tyrānizauit. ergo iste petēs munitiōes tyrānizabit. n̄ sit īductio: tm̄ exēplū hoc cū alys ē vna īductio. s. iste petēs munitiōes tyrānizauit. ⁊ iste ali⁹ petens munitiōes tyrānizauit. ergo p idem hic petēs munitiones tyrānizabit: qz tūc habētur omnes singulares illi⁹ vl is. oīs petens munitiones tyrānizauit aut tyrānizabit. sil̄r vnū enthimema nō est syllogism⁹. sz multa enthimemata. vt sortes vicit olīpiā. ergo debet coronari. plato vicit agonem honorabilem. ergo debet coronari. ex quib⁹ formatur iste syllogism⁹. Quicūqz vicit agonē honorabilem debet coronari. sz qcunqz vicit olimpiā vicit agonem honorabilem. ergo qcūqz vicit olimpiā debet coronari. Tertia expō est, cōis dicēs q syllogismus capit̄ dupliciter scz large ⁊ stricte. Syllogismus large sūptus est ppositio ⁊stans ex trib⁹ ppositionibus in figura īplicite vl explicite. Syllogism⁹ stricte sūpt⁹ est oīo ⁊stās ex trib⁹ ppōnib⁹ explicite acceptis. Ita īductio dupl̄r sumit̄ large p omni pcessu ab vno vl a multis singularibus ad vl e vl ad illud vnū singlare. ⁊ stricte p pcessu solo ab oīb⁹ singularibus ad suum vl e. Dicit̄ ergo q aristo. nō capit ibi īductionē vel syllogismū stricte sz large. ¶ Parū expōnum p̄ma ē suspecta. qz negat translationē nouā. scda ē ambigua. qz licet omnia illa exēpla ⁊tineāt oīa singularia alicui⁹ vl is nō tm̄ sunt inductio. qz inductio nō ē solum acceptio singulariū. sed ē pcessus a singularib⁹ ad vl e. illa etiā enthimemata non sūt aliquis syllogismus licet aīcedāt ad syllogismus. Tertia aūt ē dubia. qz tūc lra falsa esset eo q nulla exempla sunt īductio. nec aliqua enthimemata sūt aliqs syllogism⁹. Quarta expositio q̄ sola tenēda ē dicit q duplex ē p̄dicatio. scz idemptica ⁊ causalis. Predicatio idēptica ē illa p quam denotat̄ idē esse qd̄ īportat̄ p subm ⁊ p̄dicatum: vt hō ē aīal. Predicatio causalis ē illa p quā denotatur subz eē cāz p̄dicati vel econtra eo modo quo loquit̄ aristo. in plogo de aīa dicens. q domus ē ligna ⁊ lapides. ⁊ q ira est accēsio sanguinis in corde. ⁊stat enī nullā istaꝝ esse verā in p̄dicatōe idēptica cum totum non sit sue partes. nec aliqua passio anime sit aliqua passio corpis. sed quelibet earum intelligēda est ī predicatione causali. s. domus ē ex lignis ⁊ lapidibus. ⁊ ira ē ex accensione sanguinis ī corde. ita in pposito nō sūt īntelligēde iste ppōnes ī p̄dicatōe idēptica sz causali: vt rhetorice suadent per exempla q̄ ē īductio. ⁊ p enthimemata q̄ est ve syllogism⁹. idest rethorice suadēt p exempla ex quib⁹ ē īductio. ⁊ p enthimemata ex qbus ē vere syllogism⁹. Positis. n. multis exēplis faciliter fit īductio. ⁊ assignatis plurib⁹ enthimematib⁹ leuiter fit syllogism⁹. vnde ex his duob⁹ enthimematib⁹: homo currit ergo aīal currit: ⁊ si aliquid est homo illud est aīal: fit iste syllogismus. homo currit: ⁊ omnis homo est animal. ergo animal currit.

¶ Dupliciter autem necessarium ē precognoscere. Alia nanqz quia sūt pri⁹ opiari necesse ē: alia vero quid ē quod dicitur ītelligere oz. Quedam aūt vtraqz: vt quoniaz omne quod ē aut affirmare aut negare verum ē quia ē. Triangulus autem quoniā hoc qd signat sz vnitatē vtraqz qd signat ⁊ qz ē nō enī sil̄iter horuz vnūquodqz manifestū nobis est.

Triangulus



¶ Postq̄z philosophus ōclarauit q omnis doctrina ⁊ omnis disciplina intellectiua fit ex preexistenti cognitione: ⁊ñter declarat que est huiusmōi precognitio ponendo hāc ⁊clōnem que est scda huius prologi. Ante omnem demonstrationē necessariū ē precognoscere quid ē ⁊ qz ē. patet. qz ante oēm ōmonstrationē tria necessario occurrūt. s. dignitas passio ⁊ subm. De dignitate p̄cognoscitur qz ē. s. de quolibet dr̄ esse vl non esse. De passione videlicet de triangulo p̄cognoscitur quid ē. sed de subo vtputa ō vnitate precognoscit̄ quid ē ⁊ qz ē. ¶ Notandus primo q quatuor sūt genera syllogismorum. s. falsigraphus. enthimematicus. topicus ⁊ demōstratiuus. Syllogism⁹ falsigraphus aggenerat ignorantiā vel deceptionē. syllogism⁹ enthimematic⁹ aggenerat fidē. syllogism⁹ topicus aggenerat opinionē. ⁊ syllogismus demōstratiu⁹ aggenerat sciam qui syllogism⁹ dicitur demonstratio anteq̄z oportet tria precognoscere. s. dignitatem passionē ⁊ subiectum. Dignitas precognoscitur qz vera ē aut qz ita ē sicut per eam significat̄. Passio precognoscitur quid ē. qz precognoscitur quid per nomē passiōis importatur. Subiectum autē vtroqz modo. precognoscitur. n. qz est tale de quo aliquid ē demonstrabile. ⁊ precognoscitur quid ipsum ē. i. quid per nomē īportatur. ¶ Secūdo notan

dux.q̃ sicut ad oēm generationē q̃tuor cause necio ocurrūt
iuxta determinationē Aristo.2° phisi.s.agēs:materia: forma:
7 finis.7 non solum ocurrit agēs particulare sed etiā vniuer/
sale.qz homo generat hominē 7 sol. ita ad omnem demōstra
tionē simplr q̃tuor tales cause ocurrūt. Primo qdem agēs
tam vniuersale q̃ particulare. Agēs enī vniuersale ē digni/
tas que formaliter nō ingredit demōstrationem sed solū vtua/
liter. p̃misse autē sūt agēs particulare formalr ingrediētes
demonstrationē.dicit enim linco.p̄ posterioꝝ.q̃ noticia pre/
missaꝝ gignit noticiā oclusionis. secūdo ocurrit necessario
subiectū tanq̃ materia. tertio passio tanq̃ forma: quia cum
hō demōstratio sit syllogism°:necessario hz maiorē extremi/
tatē que ē passio:7 minorē que ē subm. quarto necessario cō/
currit finis.s.scire.qz demōstratio est ppter scire. vt dcm̄ est.
¶ Terttio notādū est ꝓz themistiū q̃ duplex ē diffō.s. expri
mens qd nois: 7 exprimēs quid rei. Diffinitio exprimēs qd
nominis est illa que refert nomē ī suū significatuz.diffinitio
aūt exp̄mens quid rei ē illa que refert nomē ad p̄cipia sui
significati. Puer enī habet diffinitōez panis 7 vini exprimē
tem qd nominis.qz scit qd noīe panis 7 vini īportat̄ per sola
accn̄tia illoꝝ nō ponēdo dr̄iaz īter accn̄tia 7 substātiā. sz nō
hz diffōnē exprimentē qd rei.qz nō cognoscit p̄ncipia panis
7 vini.nec cās extrīsecas eorundē. ¶ Quattuor ergo sūt dif/
ferētie īter has diffōnes.quaꝝ p̄ma est ista.nā diffinitio exp̄/
mens qd rei resoluit diffinitū in suas cās.nō āt diffinitio qd
nois. Scit enī puer q̃ hō est aliqd sic dispositū quātitatiue 7
qualitatiue quo ad figurā 7 organizatiōes. nō aūt scit q̃ est
rōnale aīal. Scōa dr̄ia ē.qz diffinitio exp̄mēs qd rei simplr
nō est nisi subārum dicente phō.7.metha. q̃ solius sube est
diffinitio. Diffō aūt exprimēs qd nois est īdifferēter subaꝝ 7
accn̄tiū.de° enī diffinit diffōne exp̄mēte qd nois sicut albuz
7 nigrū 7 cetera accn̄tia.7 qz suba est ens simplr.accidēs aūt
est ens ꝓm qd.qz nō est ens nisi qz entis.7.metha. iō diffini/
tio sube exprimens qd rei:est diffinitio simplr.cum non det̄
nisi p̄ncipia q̄ sūt sube. Diffō aūt accn̄tis exp̄mens qd rei ē
diffinitio ꝓm quid.qz nō solū dat̄ per p̄ncipia accidētalia sed
etiā subalia:cū p̄ncipia sube sint etiā p̄ncipia accidētiū. ideo
diffōnes accidētiū dari dicunt̄ p̄ additamēta. Tertia dr̄ia ē
qz diffō exprimēs qd rei nō est nisi entiū.diffō aūt exprimēs
qd nois īdifferēter est entiū 7 nō entiū. Diffinit̄ enim infini
tum a omentatore 3° phisi.q̃ ē quantum sine fine 7 vacuū.a
phō q̃rto phisi.q̃ ē locus priuat° corpe.neq̃ tales diffōnes
sunt exp̄mētes quid rei ex quo nihil ē īfinitū aut vacuū.sed
sunt diffōnes exprimētes qd p̄ nomen īportat̄. Quarta dr̄ia
est:qz diffinitio exprimēs qd rei:nō est nisi simpliciuz. vt ha
bet̄.7.metha. Diffō aūt exprimēs qd nois ē īdifferēter ople
xoꝝ 7 īcōplexoꝝ.nō.n.diffinit̄ hō albus diffōne exprimente
qd rei sed solū diffōne exp̄mente qd nois aggregādo inuicē
diffōnes hois 7 albi.sic ylias.i.tota historia troyana pōt diffi
niri ꝓm aristo.2° posteriorū. ¶ Dicēdū ergo q̃ cū aristo.di.
ad oēm demōstrationē necessario ocurrere p̄cognitionē qd
est subi 7 passionis nō loquit̄ de qd est.qō est diffō exprimēs
qd rei:sed solū de qd est exprimēte qd nois.talis.n.diffō pre
supponit̄ 7 alia īuestigat̄ vt sit mediū in demonstratione po
tissima ocludēs passionē de subo. ¶ Quarto notādū ꝓm ari
sto. ℔ q̃ duplex ē p̄cognitio qz ē.s. dignitatis 7 subi.7 duplex
est p̄cognitio qd est.s.subiecti 7 passionis ita q̃ dignitas p̄co/
gnoscit̄ qz est 7 nō qd est.passio precognoscit̄ quid est 7 non
quia ē.subiectū aūt precognoscit̄ vtroqz mō. ¶ Dignitas q/
dem nō p̄cognoscit̄ qd est.qz nō habet diffōnē aliquā cuz sit
de se notissima. Diffinitio aūt dat̄ cā īnotescendi.6.topicoꝝ.
7 licet oplexa īdistātia possint diffiniri diffōne exprimēte qd
nois. Cōplexa tamē distātia oplexione verbali nullo mō p̄nt
diffiniri.qz licet hō albus possit diffiniri:nō tamen homo est
albus:qz diffō non significat eē vel nō esse.p̄ posterioꝝ. 7 per
osequēs nec diffinitū. Item passio nō necessario p̄cognoscit̄
qz est.qz passio vt sic nō est illud de quo est aliqd demōstra/
bile.qz tūc quelz passio eēt demōstrabilis.7 sic esset p̄cedere
ī infinitum. Aut daret̄ demōratio circularis quā aristo.negat
p̄ posterioꝝ.nō etiā necessariū est p̄cognoscere passionem eē
qz in scientys īuentis 7 maxime in mathe.illud non oportet.
Geometra enī īueniens triāgulū hr̄e tres āgulos eq̃les duo/
bus rectis p āgulū extrīsecū equalētē duob° oppositis ñ p̄co
gnouit illā passionē eē.s.eq̃litas triū āgulorꝝ ad duos rectos.
Subiectū aūt p̄cognoscit̄ vtroqz modo. Primo p̄cognoscit̄
de subiecto qd ē.qz necessario dz sciri qd importatur nomīe
subi 7 passionis si dz fieri dem ōstratio. Scdo p̄cognoscit̄ qz
est:nō qdē q̃ illud sit vt dicit Egidius.qz si tale subiectū nul
lo modo eēt sed posset eē:de eo fieret demōstratio. nō etiam
q̃ sit ens vt dicit burleus.2.phisi.sumendo ens p eo cui non
repugnat existere.qz in scientys īuētis ex admiratiōe illō ne/
cessario p̄cognoscit̄ de passione.nūq̃.n.phi.demonstrare po
tuissent lunā eclipsari nisi p̄cognouissent eclipsiz eē aut posse
eē. Sed de subo p̄cognoscit̄ necessario qz ē scz q̃ ipm est tale
de quo aliqd est demr̄abile. ¶ Primū dubiū.vtruz iste p̄co
gnitōes habeāt ordinē sic q̃ p̄cognitio qz est p̄cedat p̄cogni/
tionē qd est aut ecōtra. ¶ Rndet̄ q̃ in scia hīta p īuentōez
p̄cognitio qz est p̄cedit p̄cognitionē qd est. qz hec acqrit̄ per
sensum quo stati percipimus rē esse.s.videndo solem vel lu
namvel aliqd aliud.postea aūt cogitam° qd ē.sed ī scia habi
ta p doctrinā ipm qd est p̄cedit qz est.p̄ enī scim° qd īportat̄
noīe hircocerui. deīde īquirimus vtrū illud sit. ¶ Scōz du
biū.ppter qd p̄cognitōes sunt due tm̄ ex quo qōnes sunt q̃t
tuor.vt habet̄.2.huius.vz.si est.qd est.qz est.7 ppter qd est.
¶ Dicēdū q̃ iō tm̄ sunt due p̄cognitōes.qz tantum duo sunt
circa que sunt oēs qōnes.s. subiectum 7 passio. Questiones
autem sunt q̃ttuor.qz circa subiectū sūt due īuicē nō reduci/
biles videlicet si ē.7 qd est. Quarū p̄ma querit de esse subie/
cti.scda aūt de quiditate eiusdē. Scito enī q̃ hō est:oñter in
uestigat̄ qd ē homo. Et circa passionē sunt due alie q̃stiones
q̃ꝝ vna querit de īherētia ipi° ad subm:que dicit̄ qz ē. 7 alia
q̃rit de causa inherētie illius que nominat̄ ppter quid. Sci
to enī q̃ homo est risibilis: īuestigatur osequenter cā ppter
quā hō est risibilis. Et iste qōnes iterū nō īuicē reducuntur.
Reducunt̄ tamē ad priores qōnes ꝓm aristo.2. posteriorū.
nam questio ppter qd reducit̄ ad questionem qd.quia idez
est qd 7 ppter quid.vt si queritur qd ē eclipsis lune. Respō
det̄ q̃ est p̄uatio luminis in luna obiectu terre. Et si iterum
q̃rit̄.ppter qd est eclipsis lune. Respōdet̄ ppter priuatiōez
luminis in luna obiectu terre. Questio aūt qz est:reducit̄ ad
ad q̃stionē si est.nam q̃rendo vtrū homo sit risibilis: querit̄
vtꝝ īherentia risibilitatis ad hominē sit. Constat aūt hāc eē
propositionem de secundo adiacente. circa quam versatur
questio si est. Ex quo ergo questiones sunt quattuor reduci/
biles in duas quarum questio si est:reducitur ad precogniti
onem quia est.7 questio propter quid est:reducitur ad preco
gnitionem quid est.ergo precognitiones sunt tantuz due.nō
tamen consimilē habitudinē habent ille due questiones ad
sua quesita:qualē habent precognitiōes ad sua precognita.
nam questio si est :querit de esse rei ꝓz actualem existentiā.
sed precognitio quia est:respicit tantū esse vt sibi non repu/
gnat existere. Questio autem qiud est: querit de quiditate
rei.s.de diffinitione exprimente quid rei.sed precognitio qd
est:solum notat diffinitionem exprimentem quid nominis
7c. ¶ Tertium dubium.propter quid philosophus nō facit
mentionem de premissis 7 de medio demonstrationis cum
ad demonstrationem eque necessario concurrant sicut sub/
iectum 7 passio. ¶ Respondetur q̃ aliud est precognoscere
ante demonstrationem 7 aliud ante conclusionem.quoniaz
ante demonstrationem solum precognoscuntur tria quo ad
quia est.7 quid est.videlicet dignitas passio 7 subiectum.sed
ante conclusionem precognoscitur quia est premissarum:nō
autem quid est.sicut nec dignitatum.quia complexa verba/
lia non possunt diffiniri. Medium autem demonstrationis
non precognoscitur aliquo istorum modorum. quia non est
necessarium de ipso aliquid demonstrari: nec ipsum aliquo
modo diffiniri. quia forte est diffinitio subiecti. licet igitur
medium possit interdum diffiniri aut de ipso aliquid demō
strari.quia aliquando est passio:non tamen est necessarium
hac precognoscere.non intendit ergo philosophus q̃ solum

sint tria precognita ante conclusionem sed ante demonstra/
tionem.antequ enim inuestigatum sit medium demonstrati
onis:⁊ consequenter antequ formate sint premisse :tã de sub
iecto quã de passione ⁊ dignitate habet precognitio. ¶ Quar
tum dubium.quare philosophus exẽplariter ponit vnitatem
p subo:⁊ triangulũ pro passione:cum non habeãt inuicem cõ
uenientiã nec ordinem.¶ Rndet tho.q̃ sicut locus est de
pma dignitate in metha.ita de p̃ subiecto in arithme.⁊ pma
passione in geometria.nõ tamẽ itelligendo vnitatẽ esse sub/
iectum trianguli.exempla ita ponimus nõ vt ita sit sz vt sen
tiant addiscẽtes.Egidius ãt dicit q̃ lz quadratum supficies
circulus ⁊ triãgulus sint ppie ĩ quãtitate ꝯtinua.tñ trãsum
ptiue reperiunt ĩ q̃ntitate discreta:sic q̃ ẽ dare numer q̃dra
tus supficialẽ circularẽ ⁊ triãgularẽ. Numer q̃dratus ẽ ille
q̃ resultat ex ductu numeri ĩ equalem.vt q̃tuor q̃ resultat ex
ductu binary in binariũ. Numer supficialis ẽ ille q̃ resultat
ex ductu numeror ĩequaliũ ĩuicem:vt senari q̃ resultat ex
ductu binary ĩ trinariũ ⁊ ecõuerso. Numer circularis ẽ ille
q̃ resultat ex ductu alicui numeri in seipm semp reddentis
idẽ vt.z5.qui ꝯstat ex ductu q̃nary in seipz. q̃ ĩcipit p q̃nq̃z ⁊
terminat per q̃nq̃z. Numerus aut triãgularis est ille qui ĩci
pit ab vnitate ꝓgrediẽs ad modum triãguli seu latitudinis
vniformiter difformis.vt numerus cui principiũ est vnitas
sup quã ponunt due alie vnitates: ⁊ iterũ sup illas vnitates
tres alie. Intẽdebat igitur arist. inq̃t egidius.q̃ triãgulus.i.
numer triangularis est passio vnitatis:ex quo vnitas est oĩs
numerus in potẽtia ꝓz boeciũ in musica. Sed q̃ multis nõ
placẽt expositiones iste cum pbs nõ ita dissute exemplificet
in alys ponẽdo subiñ vni scie ⁊ passionẽ alteri.nec vnq̃z ali/
bi apparuerit q̃ p triãgulũ intelligat numerũ triangularez.
Ideo est dicẽdũ q̃ p triangulum ĩtellexit pmã passionẽ geo
metrie:⁊ p vnitatẽ primũ subm de quo aliq̃d demõstrat. nã
primũ subm geometrie recipiẽs demrationẽ:nõ est linea ab
solute.sed vt ẽ vna ⁊ determinata.neq̃z pma passio est trian
gulus absolute: sz triãgulus vt est equilaterus.Unde prima
ꝯclo Euclidis ẽ.Sup datã lineã ꝯtigit triangulũ equilateri
collocare.¶ Cõtra pdcã arguit.⁊ p.qõ q̃d ẽ ⁊ q̃ est nõ sunt
pcognitões.q̃ sunt qõnes z posteriorꝫ.ꝯstat aũt q̃ qõ nõ est
pcognitio q̃ qõ dubitat nõ pcognoscitur.Maxime aũt põt
argui de ipo q̃d ẽ.q̃ nõ sit pcognitio.nã tũc maxime scit ali/
q̃d cũ habet suũ q̃d est.p aristo. z posteriorũ. si igit de sub/
iecto vel de passione pcognoscit q̃d ẽ.ergo õ quolibet eorꝫ hr
pfecta scia simplr añ demrationẽ.ꝯns est falsũ.q̃ oĩs cogni/
tio precedens demonstrationẽ subiecti vel passionis ẽ iper/
fecta ⁊ diminuta.¶ z arguit.qõ q̃d ẽ ⁊ q̃ est non sunt tãtũ
due precognitiones sed plres. q̃ tot sunt precognitiões quot
sunt pcognita.sed plura duob sũt pcognita.ergo.pz ꝯña cuz
minori.q̃ tria sunt pcognita. videlicet dignitas subiectuz ⁊
passio.maior aũt colligit de itentõe aristo.z de aĩa.di.q̃ po
tẽtie distinguunt p actus:⁊ act per obiecta. ergo ⁊c. ¶ Ter
tio arguit q̃ iste pcognitiões nõ sint necessarie ĩ q̃libet scia.
q̃ vt habet ex vbis philosophi.Omnis doctrina ⁊ oĩs disci/
plina intellectiua ex preexistenti cognitione fit.ergo loquit
solũ de scia que hr addiscẽdo p doctrinã ⁊ nõ p iuẽtionẽ ita
q̃ ĩ scientys iuẽtis nõ reqrit pcognitio q̃d est.sed statim co/
gnitis rebus per sensum q̃ sũt pcedit intellectus ad demon
strationez iuẽta cã. ¶ Quarto arguit q̃ de passione nõ pco/
gnoscit quid ẽ.nã sicut se res hz ad esse ita se hz ad cognosci.
z metha.sz accñtis esse est inesse.7.metha.ergo nõ cognosci
tur accidẽs nisi vt ĩest suo subiecto.sed passio est accidẽs.er/
go non cognoscitur passio nisi vt inest subiecto.talis autem
cognitio nõ ẽ precognitio:sed per demrationẽ acqritur.ergo
de passiõe nõ precognoscitur quid est. ¶ Ad pmuz ꝯcedo q̃
q̃d ẽ ⁊ quia ẽ sunt precognitiones:⁊ quia ẽ ⁊ quid ẽ nõ sũt p/
cognitiões.neq̃z cõtradicũt ista sed sunt duo subcõtraria.il/
la enim que sũt precognitiones nõ sũt questiones. neq̃z illa
que sũt questiões sũt precognitiões.Et cum arguitur de ipo
quid ẽ q̃ nõ sit precognitio.q̃ vnũqõq̃z maxie scit cũ habet
suũ qõ quid ẽ.Dicendũ q̃ aristo.intelligit ibi de quid ẽ:exp/
mente q̃d rei.hic autez loquitur de quid ẽ exprimente quid
nominis:quod nõ facit scire sed solum ẽ diminuta precogni/
tio.¶ Ad z rndet egidius q̃ q̃d est subiecti:⁊ quid est pas/
sionis sũt tantuz vna precognitio.quia pueri nõ distinguentes
inter substãtiã ⁊ accñsẽt nõ distinguũt iter q̃d ẽ subi ⁊ q̃d ẽ
passionis.⁊ ꝯñter dicit q̃ quia est subiecti ⁊ q̃a est dignitatis
nõ sunt due pcognitiones.sz tantuz vna.quia sicut intellect
cognoscit dignitatẽ absq̃z discursu ita sine discursu cognoscit
subiectũ.¶ Sz ista debiliter soluũt difficultatẽ:q̃ licet pue
ri non distiguãt iter subãz ⁊ accñs:tamẽ accñs ⁊ subã diffe/
runt.italicet nõ distinguãt iter quid ẽ subiecti ⁊ passionis.ta
men differunt illa duo quid est.cognoscẽs enĩ puer hominez
⁊ albũ habet cõceptum quo distiguit hominez ab equo.⁊ cõ/
ceptum quo distinguit album a nigro.non etiam tollitur q̃n
precognitio dignitatis ⁊ precognitio subiecti sint plures non
obstante q̃ habeantur modo consimili.quia consimiliter co
gnoscitur homo ⁊ equus ⁊ albedo ⁊ nigredo. ⁊ tamen cogni/
tio hominis non est cognitio equi.nec cognitio albedinis est
cognitio nigredinis.¶ Dicendũ igit q̃ pcognitiões possunt
cõsiderari generice.specifice.⁊ numeraliter. quia oĩa distin/
cta differũt genere spẽ vel numero.quãto methaphisice. Si
precognitiones sumũtur ꝓm genus.i.ĩ sua maxima cõmuni/
tate sic non sunt nisi due pcognitões.s.q̃d est.⁊ q̃ ẽ. Si consi
derant specifice.s.per respectuz ad precognita in cõmuni:sic
sunt q̃ttuor.s.q̃d est subiecti:⁊ q̃d est passionis.⁊ quia est sub/
iecti ⁊ quia est dignitatis. quia licet precognita non sint nisi
tria. vnum tamen eorum dupliciter sumitur. scilicet subie/
ctum. Si autem sumuntur precognitiones numeraliter sic
possunt esse infinite.scilicet istius subiecti ⁊ illius. istius pas/
sionis ⁊ illius:⁊ sic in infinitum. Aristote. autez loquitur hic
de precognitionib in genere ⁊ nõ in specie vel numeraliter
eo modo quo dicit in phisicis: principia rerum naturalium
esse tria ⁊ causas quattuor. ¶ Ad 3 dicitur q̃ ille precogni/
tiones sunt ita necessarie in scientys inuentis sicut in acqui/
sitis per doctrinam. Nam themistius exponẽs illud.scilicet
omnis doctrina ⁊ omnis disciplina intellectiua ex preexistẽ
ti fit cognitione:ait hoc veritatem habere etiam in his que
homo cogitat apud semet ipsum.statim enim habita noticia
quia est de rebus:format intellectus conceptus mẽtales ex/
primentes quid nominis earuz. Est tamen differentia inter
quid est ⁊ quia est in scientys habitis per doctrinam ⁊ per i/
uentionem.quia in scientys habitis per doctrinam quid est
⁊ quia est sunt precognitões eorum que dicũtur.sed ĩ sciẽtys
habitis per iuentiõem quid est ⁊ quia est sunt precognitiões
eorum que sẽtiũtur. Nõ ergo ĩtellexit Aristo.per doctrinam
⁊ disciplinam solum scientiam habitam per sermonem sed
etiam iuẽtam per sẽsum.nam talis sciẽtia nõ dicitur doctri/
na quia sit ab alio sed quia est a seipso virtute ĩtellectus agẽ
tis.aut quia per illam quis alterum docere potest.¶ Ad q̃r
tum respõdetur. q̃ nõ quãdocũq̃z cognoscitur accidens co/
gnoscitur ipsum inesse subiecto suo.quia puer cognoscit acci
dẽs cognoscẽdo album vel nigrum.dulce vel amarum.⁊ ta/
mẽ nõ cognoscit ipm ĩesse subiecto suo. Et cũ dr.sicut res se
habet ad esse ita ad cognosci:verum est quo ad naturam:sed
nõ quo ad nos.nec etiam qñcũq̃z cognoscit accidẽs ĩesse suo
subiecto:talis cognitio habet per demõstrationem.q̃ philo
sophi anteq̃z iuenirent causam eclipsis:⁊ anteq̃z demonstra/
rent ĩherentiam illius ad lunam per interpositionem terre:
cognouerũt lunam eclipsari:ĩtelligentes eclipsim ĩesse lune
tanq̃z accidens ex quo viderũt eam aliquãdo eclipsari ⁊ ali/
quando ñ.ideo admirantes:⁊ ex admiratione in causam pro
cedentes inceperunt phylosophari inquit Aristot. in prohe/
mio methaphisice.

¶ Est autẽ cognoscere alia quidẽ prius cognoscẽ
tem: quorũdaz aũt simul accipe noticiã vt q̃cũq̃z
contingũt eẽ subvniuersalib quorꝫ habent cogni
tionem Quod enim oĩs triãgulus habet tres an
gulos duob rectis eq̃les presciuit.Quod vero

Triangulus in semicirculo



hic qui est i se micirculo triãgulus sit sil' iducés cognouit. Quorundaz i hoc mó disciplina é ⁊ nó p mediũ vltimũ cognoscit: q̃cũq3 eni singulariũ ꝯtingũt esse ⁊ nó de subiecto aliquo.

¶ Postq̃ philosophus determinauit de p̃cognitionib⁹ subiecti ⁊ passionis ex qb⁹ cõstat cõclusio cui⁹ sciẽtia q̃rit determinãdo de precognitione dignitatis per quam est illa cõclo ꝓbanda tanq̃ per mediũ extrinsecũ virtuale ⁊ cõmune. Cõsequenter agit de precognitiõibus premissaꝝ p quas est ꝓbãda ꝛclo tanq̃ per principia propria ⁊ ĩtrĩseca ponẽdo hãc cõclusionem q̃ est tertia hui⁹ prologi. nõ in qualibet demõstratione p̃misse equalr p̃cognoscunt. ꝓbat. aliq̃ est õmõstratio cui⁹ maior est ꝑ̃us nota tpe ꝛclone. ⁊ minor est simul nota cũ ꝛclone. ergo. pz ꝛña. ⁊ antecedens declarat faciẽdo istũ syllogismũ. oĩs triangulus habz tres angulos eq̃les duob⁹ rectis. sed hic q est in semicirculo est triangulus. ergo hic qui est in semicirculo habet tres angulos eq̃les duobus rectis. hui⁹ demõstrationis maior dudũ est tibi nota dato q ante hoc fuerit tibi demonstrata. ꝛclusio autẽ est nũc tibi p̃mo nota vna cũ minori supposito q nũc p̃mo videas triangulũ hunc semicirculi descriptũ in pariete. vel in puluere. qñ ergo minor cõtinet sub maiori ⁊ bene scis illã sic ꝛtineri sic q vltimũ. idest minor extremitas nõ habet mediũ per qõ possit ꝓbari contingit illã minorẽ nõ prius notam eẽ tempore ꝛclusione: sed statim ĩducés cognouit. i. ĩferés ꝛclusionem singularez ex illa minori singulari adiũcta illi vniuersali in eodem instanti cognoscit tam minorem q̃ conclusionem: sic q cognitio minoris non precedit tempore cognitionem ꝛclusionis. ¶ Notandum primo q duplex est noticia. s. distincta ⁊ ꝛfusa. Noticia distincta est illa qua aliqd cognoscit ꝑm quod hꝯ. vt noticia q̃ cognoscit sor. per ꝛceptũ propriũ. Noticia confusa est illa q̃ aliquid cognoscitur non ꝑm q hꝯ. vt noticia q̃ cognoscit sortes per ꝛceptũ hominis vel animalis. ⁊ hoc est qõ dicit philosophus z° priorum. q possuz scire in vniuersali ⁊ ignorare in pticulari. vt q omnis mula est sterilis ignorãdo hãc sterilem demonstrando illam que est in vtero. Dato igitur q sciam hanc. omnis mula est sterilis. potest concedi q sciam hanc mulam esse sterilem nõ quidem in particulari sed in vniuersali. non distincte sed ꝛfuse. Ideo sciendo q omnis triãgulus habet tres angulos equales duob⁹ rectis. scio hũc qui est in semicirculo habere tres angulos equales duobus rectis non qdem noticia distincta sed confusa. ⁊ sic non ꝑ̃us tempore habetur noticia illius maioris q̃ illius cõclusiõis. sed Aristo. loqtur de noticia distincta aggenerante scientiaz in particulari. Ex qbus sequit q stat aliquam vniuersalem esse notam q̃libet sua singulari existente ignota. loquẽdo de noticia perfecta ⁊ distincta. quia possum scire omnem mulam esse sterilem ⁊ ignorare hanc esse sterilem quacũq̃ õmõstrata. sicut etiam est possibile aliquam vniuersalem esse necessariam: ⁊ quamlibet suam singularem esse contingentez. ⁊ econtra alicuius vniuersalis quamlibet singlarem esse necessariam: ⁊ vniuersalem esse cõtingentem. stat etiam aliquã vniuersalem esse impossibilem q̃libet sua singulari existẽte possibili. ⁊ econtra alicui⁹ vniuersalis quamlibet singularez esse impossibilem vniuersali existente necessaria vt patet ex logica. non enim vniuersalis conuertitur cum suis singularibus. ¶ Scõo notandũ q duplex est priozitas. s. temporis ⁊ nature. Priozitas temporis est illa q̃ aliqd aliõ precedit duratione successiua eo modo quo pater ꝑor est filio. ⁊ dispositio accidentalis est prior forma substantiali genita in materia. Priozitas nature est illa q̃ aliqd est causa alteri⁹ vel presupponit ab illo. ⁊ sic subiectũ est pri⁹ sua ꝓpria passione tãq̃ cã illi⁹. ⁊ pũctus est prior linea nõ tanq̃ cã cuz nõ sit cã linee sed tanq̃ presuppositũ ab ea cũ sit principiũ linee. Proportionabiliter duplex é simultas. s. tpis ⁊ nature. Simultas tpis é illa q̃ aliqd non p̃cedit aliud duratiõe successiua nec ecõtra. ⁊ sic subm̃ ⁊ sua ꝓpria passio sũt sil' ⁊ generaliter q̃libet cã cõuertibilis cum suo effectu. Simultas nature é illa q̃ aliqd nõ est causa alteri⁹ nec illi p̃supponit ⁊ inuicem cõuertunt tam ꝓz ĩtellectũ q̃ ꝓz eẽ. vt duplũ ⁊ dimidiũ ⁊ generalr oĩa correlatiua. d. pho ĩ p̃dicamẽtis. q relatiua sũt sil' natura: ⁊ oñr ad cõuertentiã sic q posita se ponũt: ⁊ pempta se perimunt. ⁊ si q diffinite nouit vnũ correlatiuoꝝ diffinite nouit ⁊ reliquũ. vult ergo phylosophus q maior prius tempore cognoscatur q̃ conclusio. ⁊ minor simul tempore. ⁊ qz cognitio minoris é cã cognitionis conclusionis. ideo noticia minoris prior é noticia cõclusionis priozitate nature. ¶ Tertio notãdũ q duplex est demõstratio. scilicet vlis ⁊ particularis. demõstratio vniuersalis fit ex terminis cõuertibilib⁹. demõstratio aũt p particularis fit ex terminis nõ ꝛuertibilibus quoꝝ vnus est ĩferior ad aliũ. iuxta doctrinã Aristo. p̃ hui⁹. In demõstratione vli minor nõ est sil' nota cum ꝛclone simultate temporis. ĩmo vlr ipsa est ꝑ̃us nota nõ solũ cõclusione tpe ꝓz etiã maiori ꝓpõne. Si enĩ demõstrat oẽm hoĩez eẽ disciplinabilẽ per animal rõnale: ꝑ̃us tpe notũ é oẽz hominem esse animal rationale q̃ oẽm hominem esse disciplinabilez: ⁊ q̃ omne animal rõnale esse disciplinabile. similr pri⁹ tpe notũ est triãgulum habere angulũ extrinsecũ equalentem duob⁹ oppositis ĩtrĩsecis: q̃ triãgulũ hr̃e tres ãgulos eq̃les duob⁹ rectis: ⁊ q̃ oẽz figurã rectilineã hñtẽ ãgulũ extrĩsecũ equalẽtẽ duobus oppositis ĩtrĩsecis habere tres angulos eq̃les duob⁹ rectis. In demõstratione aũt particulari est possibile minorez premissam esse simul notã cum cõclusione simultate temporis ꝓm q philosoph⁹ exemplariter docuit de triangulo in semicirculo. ¶ Quarto est notandum q duplex est demonstratio particularis. scilicet habens minorez mediataz ⁊ habens minorem immediatam. Demonstratio particularis habens minorem mediatam est illa cuius minor mediuz habet per quod potest probari. vt omne corpus est mobile. animal est corpus. ergo animal est mobile. Demonstratio autem particularis habens minorem immediatam est illa cuius minor nõ habet medium per quod possit ꝓbari siue illud sit per se notum ad sensum vt exemplificatum est de triangulo singulari descripto in pariete. siue sit per se notum ad intellectuz. vt si minor exempli Aristote. esset ista. equilaterus seu ysocheles est triangulus cui intellectus statim assentit: presupposito q sciat quid importat nomine terminorum. Dico igitur q si minor talis demonstrationis particularis fuerit mediata: illa non simul cognoscitur cum conclusione sed prius tẽpore cõclone. nõ tamẽ est necessariũ q pri⁹ cognoscatur q̃ maior priozitate tpis. sicut cõtigit de mĩori demõstrationis vlis. Si autem talis minor fuerit immediata potest cognosci simul tpe cũ cõclusiõe. nõ tamẽ hoc ẽ necessariuz. qz talis minor dudũ potuit fuisse ĩ mẽte añ formatiõem demõstrationis ideo nõ dicit Aristo. q sit necessarium talẽ minorem simul cognoscere cum cõclusione sed q contingit. Ad hoc ergo q talis minor simul cognoscatur cum cõclusione requiritur secundum phylosophum q contineatur sub maiori ⁊ q sciatur eam sic contineri. ⁊ q sit propositio immediata. quia vbi deficeret aliqua istarum conditionum non simnl cognosceretur cum conclusione. ¶ Contra predicta arguitur. ⁊ primo q non stat aliquam vniuersalem esse notaz qualibet sua singulari existẽte ignota. quia cõtingeret tunc duo cõtradictoria opinari esse simul vera. Nam tu opinaris istam esse veram. omnis mula est sterilis. ⁊ quelibet singularis eius est tibi ignota: ergo stat te opinari suum cõtradictorium scilicet hãc mulã nõ eẽ sterilẽ. ⁊ cũ hec mula sit aliqua mula. ergo tu opinaris aliquã mulã nõ eẽ sterilẽ ⁊c. ¶ Scõo arguit q necessario pri⁹ cognoscit mĩor q̃ cõclo ꝑ̃oritate tpis. qz ñ prius cognoscitur cõclusio q̃ illa sit. sed necessario post minorem posteriozitate temporis ipsa est. ergo. patet consequentia cũ minori inductiue. nam tam in voce. quam in scripto minor

ergo maior. tunc sic. maior est falsa. ⁊ suū ꝯdictorium est. igit̄ suū ꝯdictoriū est verꝫ. ꝛña ꝑz ꝑ illud ꝑncipiū. de quolibet dr̄ affirmatio vel negā. qr nō ꝛtingit duo ꝯdictoria esse simul va vel simul falsa. demonstratio igitur ducēs ad īpossibile ⁊ recipiēs ꝑmū ꝑn affirmatiuū nō ē aliqs sylls ſz magis discursus fact ex trib ꝑcessibus sicut ꝑz in exēplo posito. ¶ Notandū quosdā text bre: ꝛtingere aūt sil affirmare ⁊ negare. alios āt nō ꝛtingere. Et dicit Linco. q dz eē lra affirmatiua ⁊ nō neg. sed dicit Egi. q pōt eē affir ⁊ neg. si affirmatiua intelligit de demr̄atione ducēte ad īpossibile. si neg intell̄r tūc de demr̄atione oñsiua. ¶ Sed mihi vr̄ q lra debeat eē negatiua ⁊ nō affirmatiua. Primo qr sicut aī oñdit demonstrationē vti ꝑncipys cōib spāl̄r nō faciēdo mētionē de oppositis illoꝝ ita nūc ītēdit oñdere de nr̄ationē vti ꝑncipys ꝓprys spāl̄r ⁊ nō oppositis illoꝝ. ꝛstat aūt q ꝛtingere simul affirmare ⁊ negare est opp primi principy. Scdo qr exemplum phi est de ꝑ ꝑn negatiuo ⁊ nō de opposito illi cū dicit oīs hō est aīal ⁊ nō ē ñ aīal. Inqt enī phs q oz accipe primū de medio qd̄ verꝫ sit negare aut nō verꝫ. vbi ꝑz q hic non fit mentio de demr̄atione ducēte ad īpossibile. sed solū oñsiua. Tertio qr ī hac zª ꝛcl̄one declarat phs q̄l̄r demr̄atio vtitur ꝑmo ꝑn affirmatiuo. igit̄ in ꝑ debuit declarari q̄l̄r vtit̄ ꝑmo ꝑn negatiuo ⁊ nō opp illi principy. ¶ Primū dubiū vtrū istud ꝑn de quolibet dr̄ eē vel nō eē sit pri ꝑn simpl̄r. Et ar. q nō qr illud ꝑn est vna disiūctiua. q̄ ꝑsupponit ꝓtes ei. ꝑz ꝛña ꝑ phm ꝑ phi. dicētē q ꝓtes sūt priores toto. sed illaꝫ ꝓtiū vna nēcio est ꝑn. qr principiū nō fit ex nō principys. q̄ illud nō est primū prin. sed aliq̄ pars eius. ¶ Scdz dubiuz vtrū istud ꝑn de quolibet eē vel nō eē sit primū verꝫ. ⁊ ar. q nō ꝑ Ari. zº meth. dicentē q deus est primū verū a quo sūt oīa alia va. sed istud prin nō ē deus cū sit ꝓpō mentalis. igr̄ illud ꝑn nō est primū verꝫ. ¶ Tertiū dubiū vtrū istd principiū. de quolibet dr̄ eē vel nō eē sit notissimū. Et ar. q nō qr vt dicit phs zº meth. sicut res se hz ad eē ita ad cognosci. ſz ista ꝓpō ens est ens ē ꝑor q̄z ista disiun. de quolibet eē vel ñ esse. igit̄ ꝑus cognoscit ⁊ ꝛñter euidēti cognoscit qr ē cā cognitionis illi. mō ꝑꝑ qd̄ vnūquodqz tale ⁊ illd magis. inqt phs in hoc ꝑ. ¶ Quartū dubiū. vtꝫ istud ꝑn de quolibz eē sit ꝑn firmissimū. Et ar. q nō. qr duo ꝯdic incōplexa verificant̄ de eodē. demr̄ato. n. alī in cōi: verꝫ est dicere q ipsū ē hō ⁊ nō hō exquo illud aīal est hō ⁊ equ. ¶ Ad ꝑ dr̄ q ītellectus in sua ꝑma īpressiōe q̄ recipit ꝛceptū entis hz tres ꝓpositiōes affirmatīas absqz dr̄ia tpis ⁊ tres negatiuas. Pri est ista. ens ē ens. cui corrñdet hec negatiua. ens nō ē ñ ens. Scda est ista. oē ens ē ens. cui correspōdet hec negatiua. nullū ens est nō ens. Tertia est ista. qd̄libet ē vel nō ē. loco cui accipimus istas duas de quolibet dr̄ affir vel negā: de q̄libet dr̄ esse vel nō eē. ⁊ neg hui est hec. nihil est ⁊ nō est. loco cui accipim istas duas. īpossibile ē aliqd eē ⁊ ñ eē. nō ꝛtigit idē simul eē ⁊ nō esse. hz q̄ intellect tres cōbinationes dignitatū Quaꝫ ꝑma ē duaꝫ īfinitaꝫ. zª duaꝫ vl̄iuz. 3ª est duaꝫ hypotheticaꝫ seu duaꝫ cathegoricaꝫ de disiūcto vel copulato extremo. ⁊ sicut nō ē incōueniēs q aliqd̄ corp nāl̄r inclinetur eē in alio loco ⁊ qescere ī eo ⁊ ꝛtinuari alys corporib in tanta vel in tāta distātia mūdi ⁊ bre oīa ista sil. ita nō īcōuenit intellectū nāl̄r īclinari ad pl̄es ꝓpōnes ⁊ sil oēs illas bre. Scim ēt q estimatiua q̄ꝑ elicit spēm insensatā ex spe sensata habet plura iudicia simul. scilicet sicut hoc ē album ⁊ illud est nigrum. illud bonum. ⁊ illud malum. hoc prosequēdū ⁊ illud fugiendū. sic intellect hz tres cōbinatōes simul ⁊ semel ꝑ eodē instāti quo elicit ꝛceptū entis. ꝑ quaꝫ ꝑmaz cogscit q ens est ens ⁊ q ens nō est nō ens. ꝑ scdaz q oē ens est ens ⁊ q nullū ens ē nō ens. ꝑ tertiā q qd̄libet ē vl nō est. ⁊ q nihil est ⁊ nō est. ¶ Dicendū igr̄ ad ar. q lz alique dignitates ꝓcedāt istā. de quolibet esse vel nō eē ꝓpositate nature in genere cāe efficiētis vt due affirmatiue ⁊ due negatiue. tñ istud est ꝑmū ꝑn simpl̄r cōplexuz. ⁊ hoc quadruplicier. Primo qdē priozitate tpis. qr nullū ē ꝑn qd̄ īpm precedat. zº priozitate cālitatis qr lz alie dignitates īpm ꝓcedant in genere cāe efficientis. hoc tñ ꝑn oēs alias dignitates precedit in gñe cāe finalis. qr ꝑꝑ hoc ꝑn finalr̄ sunt oēs alie dignitates. Tertio ꝓpositate doctrine qr istud ꝑn prius ingreditur demr̄ationē virtualr̄ q̄z aliqd̄ aliud. Alie. n. dignitates sunt finalr̄ ꝑꝑter hoc ꝑn ⁊ rōne ei ingrediunt̄ demr̄ationē virtualr̄. Quarto priozitate ꝛñe qr lz seq̄tur: ens ē ens vel oē ens est ens. igr̄ qd̄lz est vel nō est. nō tñ est eē apud ītellectū qr si nihil vel aliq̄l̄r esset qd̄libet eēt vel ñ eēt: nō tñ eēt ens. ꝑz igr̄ q ꝛña nō vz. hoc ꝑn supponit aliq̄d ꝑn. igr̄ nō ē ꝑmū ꝑncipiū simpl̄r qr ꝑsupponit aliqd̄ prin tñ ī gñe cāe efficiētis. īpm āt ab oīb ꝑsuppoit̄ in genere cāe finalis. ¶ Ad scdz dicit̄ q deus est ꝑ verꝫ incōplexū d̄ quo nulla fit mētio hic sed tñ de vo cōplexo. ⁊ dr̄ vt supra q lz alie dignitates quattuor: quaꝫ due sūt affirmatiue ⁊ due negatiue: ꝓcedāt ꝑn in gñe cāe efficiētis hoc tñ oēs illas ꝓcedit ī genere cāe finalis. ⁊ est primū verꝫ ingrediēs demr̄ationē virtualr̄. sicut est vltimū verꝫ in quo fit resolo demōstrationū. nulla. n. demōstratio resoluit̄ in istā. ens ē ens. nec in istā oē ens est ens. nec in aliquā suaꝫ negatiuaꝫ. sed oēs demr̄ationes resoluunt̄ ī istas. de quolibet eē vel nō eē. nō cōtingit idē sil esse ⁊ nō eē. principali tñ in affirmatiuā q̄z in negatiuā. qr affirmatio est prior negne ꝓm Arist. ꝑ hui. ¶ Et si dubitat̄ de talib ꝑncipys. vtꝫ sint ꝓpōnes catheg. vel hypoth. dico q sūt ꝓpōnes cathe. sicut. n. dat̄ ꝓpō cathe de subo vel ꝑdicato copulato aut disiūcto. ita dat̄ ꝓpō cahegorica de vbo copulato vel disiuncto. quelibz. n. istaruz ē cathe. sor. ē vel fuit hō. plo ē vel erit alb. ita hec est cathe affir de vbo disiūcto. qd̄lz ē vel nō est. equalēs isti. oē ens est ens vel nō ē ens. ⁊ ista ē cathegorica neg de verbo copulato. nihil ē ⁊ nō ē. ꝑ eā intelligēdo istā nullū ens ē ens. ⁊ nō est ens. equalens isti quā hēmus in vsu nō cōtingit idē simul eē ⁊ nō eē. ¶ Ad 3ᵐ ꝛcedo q ista. ens ē ens. priozitate nāe ꝑus cogscit q̄z illd prin. de quolz eē vl nō esse. nō tñ euidēti. nā lz illa euidentissime cogscat ꝓm se nō tñ ī suo ꝑticulari. qr mlte sūt ꝓpōnes false ī qb idē ꝑdicat̄ de seipo vt chimera ē chi antixps ē ātixps. ſz nō ē dabile aliqd̄ siue sit siue nō sit de q̄ nō dicat̄ ve eē vel ñ eē. nā chimera ē vel nō chime. ātixps ē vel nō ē antixps. ita dr̄ d̄ alys dignitatib ꝓcedētib. h. n. oē ens ē ens ē euidētissima ī se nō tñ ī suo ꝑticulari ꝓꝑ tales. oīs chi ē chimera. oīs antixps ē antixps sil̄r ista ē euidētissima ī se. ens nō ē ens nō tñ ī suo ꝑticulari ē ita euidēs. qr ꝛcedit̄ aliqd eē nō ens. s. priuationē a phō prio phi. ⁊ dicit ꝛmē. ibi q sicut ens ita nō ens dr̄ de quolz ꝑdicamēto. Nec aūt nihil ē ⁊ nō ē. aut nō ꝛtingit idē sil eē ⁊ ñ eē ē euidētissima simpl̄r tā ī se q̄z ī q̄lz suo ꝑticulari. quocūq̄z enī demr̄ato nō ꝛtīgit idē sil eē ⁊ non eē. Et tūc ad argᵐ. dr̄ q lz ista. ens ē ens sit cā isti. de quolibet eē vel nō eē ī eēndo nō tñ ī cogscēdo. qr tā hoc prin q̄z aliq̄d negatiuū sibi corrñdēs est ꝑ nām suā euidētissimū sicut ēt ītellect nālissime ferr̄ in illud. Aliqd. n. ē cā eēndi colozis qd̄ tñ nō ē cā visibilitatis. ei. Qñ q̄ phs di. ꝑꝑ qd̄ vnūquodqz tale ⁊ illd magis ītelligit q si aliqd ē cā adeq̄ta cogscibilitatis alicui q illd magis et euidēti cognoscit. ¶ Ad 4ᵐ ꝛcedo q illud prin ē firmissimū nec aliquo mō pōt eē falsum. ⁊ cū dr̄ q duo ꝯdictoria incōplexa vificant̄ de eodē igr̄ nō ē prin firmissimū. negatur ꝛña. hec. n. regula de quolibet dr̄ alteꝫ ꝯdictorioꝫ incōplexoꝫ. ⁊ de nullo coꝫ ambo. male elicit̄ ex his duob principys quoꝫ vnū est affirmatiuū ⁊ reliquū negatiuū cū antixps nō sit videS nec nō videS. ⁊ aliqd ē de quo dr̄ homo ⁊ nō hō vt est ꝓbatū. ¶ Intelligendū tñ q idē sumit̄ tripl̄r vt colligit̄ ex doctrina Ari. 5º meth. s. idē gñe ⁊ idē spe ⁊ idē numero. lz ergo duo ꝯdictoria incōplexa verificentur de eodez genere vel spe nō tñ de eodē numero. qr quocūq̄z indiuiduo vel singulari signato impossibile est q ipsum sit homo ⁊ nō hō. Et si ar. hoc est nō homo demonstrādo aīal in cōi. igitur hoc nō est homo. negetur ꝛña. neqz regula data a phō ꝓpiarme. vz. q ex affirmatiua de ꝑdicato infinito sequitur negatiua de ꝑdicato finito est intelligenda absolute ⁊ simpl̄r. qr nō seqtur

tu fuisti nõ albus.ergo tu nõ fuisti albus.sed bene sequtur q̃ aliquando nõ fuisti albus.ita demonstrato aĩali in cõmuni lz nõ sequtur hoc est nõ hõ.igitur hoc non est homo.tñ sequit q̃ hoc aliquo mõ nõ est hõ.quia eo modo quo aĩal in cõi est asinus non est homo. ¶ Sed adhuc dubitatur circa dicta quia videtur q̃ ista.ens est ens.nõ sit prima ppõ simplr̃ primitate eẽndi.qz illa ỏ scõo adiacẽte.s.ens ẽ.vr̃ eã pcedẽ primitate nãe eo mõ quo pars pcedit totũ. ¶ Rñdet q̃ ista ĩ mente ens est in ordine ppõnum significantiũ nãlr̃ est ppõ de tertio adiacente. qz hoc verbũ est significat quãdã cõpositionẽ quã sine extremis nõ est intelligere.inqt phs primo piareme.lz enĩ in voce vel in scripto aut ĩ mẽte aut ĩ ordine terminorz significantiũ ad placitũ dent̃ ppõnes de zo adiacente nõ tñ in mente in ordine terminorz significantiũ nãlr̃ qz illud verbũ est nãlr̃ sumptũ est modus cõponẽdi nãliter extremũ cũ extremo. nihil aũt põt remoueri a sua nãlitate ideo nõ põt facere ppõnez cũ subiecto sine pdicato.

Omnicãt autez omnes scientie scõm cõmunia:cõmunia autẽ dico quibus vtuntur tanq̃z ex his demõstrantes:sed nõ de quibus demonstrantur vel demõstrant.

¶ Istud est 3m caplm̃ hui9 tractatus in quo phs notificat q̃lr̃ scie oueniũt circa pn a. Et diuidit̃ ĩ q̃ttuor ptes in quarz pma declarat q̃lr̃ scie oueniũt circa pn a cõia.in 2a q̃lr̃ cõueniunt circa pncipia ppria.ibi.si autez idẽ.in 3a circa pdicta mouet phs qõnes ibi.qm̃ aũt geometrice.ĩ 4a manifestat ĩ sciẽtys doctrinalib9 nõ fieri deceptões ibi.hec aũt sũt vt vr̃. ¶ Prima pars diuidit̃ in tres oclones. Quarz pma ẽ ista.Omnes scie cõueniũt ⁊ discõueniunt circa principia cõmunia.prima pars est cuidẽs.qz quelz scia roborat̃ p pncipia cõia necessario ingredientia virtualr̃ demõstrationẽ nõ absolute vt dictũ ẽ sed dearticulate.2a pars est nota.qz nulla scia spãlis pbat pncipia cõia.sed scia vlis pbat pncipia cõia. ¶ Notandum q̃ triplr̃ põt se hr̃e aliq̃ scia circa pncipia. Primo qdẽ pbando aliqd p ipsa.⁊ in hoc oueniũt oẽs scie.qz oẽs scie accipiũt hꝫ principia cõia ⁊ pbãt multa p ipsa. ¶ Scõo pbãdo aliqd de ipsis vt q̃ nõ possumus talib9 principys dissentire corde nec eorz opp4 concipe tanq̃z va.⁊ talis pbatio ptinet ad metha. ¶ Tertio pbãdo ipsa principia cõia.⁊ hoc itez nulla scia facit nisi metha.pn a aũt cõia fundata in ente nõ pbat metha. simplr̃ nec a priori neqz a posteriori.sz isti aut illi põt pbare a posteriori inductiue vt quocũqz dato falsum ẽ q̃ ipm̃ est ⁊ nõ ẽ.igr̃ nõ ꝛtingit idẽ simul eẽ ⁊ nõ eẽ.silr̃ de nullo q̃cunqz signato affirmat̃ aliqd ⁊ ab eo remouet̃ idẽ.igit̃ de quolibet dicitur affirmatio vel neg.sic etiã põt phs a posteriori pbare sua pn4.s.p effectũ ⁊ p experientiã vt mot9 est.⁊ aliquid ẽ mobile.qz hoc vel illud mouet̃.pn4 aũt cõia fundata in ptibus entis vt oẽ totũ est maius sua pte.⁊ si ab equalib9 eq̃lia demas ⁊c:nulla scia spãlis pbat a priori vel a posteriori.sed tñ metha.vtroqz mõ vt alꝫ claruit.

¶ Et dialetica omnib9 ẽ.⁊ si aliqua vniuersaliter temptet monstrare communia:vt quod est omne affirmare aut negare aut quod ẽ equalia ab eq̃libus aut quelibz talium.

¶ Scõa oclo.tã dialetica q̃z metha.vtit̃ oib9 pncipys cõib9 oĩum scirz.pz ista cõclusio taz de dignitatibus q̃z de cõibus animi conceptionibus eo q̃ quelibet istarz dr̃ scia cõissima. ¶ Notandũ p̃ q̃ alr̃ vtit̃ dialetica ⁊ alr̃ methaphysica oib9 pncipys cõibus.nã dialetica vtit̃ illis solũ regulr̃ ⁊ artificialiter tradendo regulam ⁊ artẽ pbãdi oĩa talia pncipia nõ tñ pbat omnia pncipia illa. sicut ẽt ipsa dat artẽ demõstrãdi in geometria ⁊ arithmetica nõ tñ demõstrat nec in geo. nec in arithme.Metha.vo vtit̃ pncipys cõib9 demonstratiue eo mõ quo dictũ est.⁊ rõ qz ista pncipia nõ fũdant̃ ĩ mẽte ĩ ente sed in partibus entis.cũ ergo demonstrat̃ min9 cõe p magis cõmune a priori: sequt̃ metha. p principia cõissima posse pbare a priori cões animi cõceptiones. ¶ Scõo notandũ q̃ cũ metha.sit sapiẽtia p phm in phemio metha.hz se intromittere de oĩbus principys ppter q̃ttuor ꝛditiões q̃s attribuit phs sapiẽtie.6.ethi. ¶ Prima ꝛditio est attigere vltimũ artis.qz ille est bon9 artifex q attingit vltimũ artis. ppterea dicit phs ĩ ph9 met.q̃ sapia ẽ circa difficilia cũ ñ vocet̃ sapiẽs ille q cognoscit cõmunia.sed q difficilia.talis aũt est q attingit vltimũ artis.cũ igit̃ vltima scirz sint pncipia p resolõnẽ ergo metha.ex quo est sapiẽtia attingit illa. ¶ Scõa ꝛditio est eẽ cira totũ ⁊ nõ circa ptem tñ.iõ deus nõ est aratoz nec fossoz.qz talis ẽ circa ptem solũ.dicit.n. phs ĩ phemio met. q̃ sapia oĩa cognoscit ⁊ ꝛsiderat.ergo metha.cũ sit sapia ẽ circa totũ ⁊ ꝛñter circa pn a.cõsiderat enĩ ens inq̃tũ ens p phs 4o mtha.⁊ ꝛñter ꝛsiderat oẽs ptes entis ⁊ oĩa prin a fundata in ptibus entis. ¶ Tertia ꝛditio est eẽ circa certissimuz. iõ deus ⁊ intelligẽtie sũt certissimi qz sũt sapientissimi. Unde dicit Ari.in phemio metha.q̃ sapia est circa certioza.nemo enĩ ẽ sapiẽs medicus vel legista nisi medicinalia vel legalia alys certi9 nouerit.sed metha.est sapia.g̃ metha.est circa certioza.hec aũt sũt principia. ¶ Quarta ꝛditio est eẽ caput.iõ deus est sapiẽtissimus.qz sic caput dirigit mẽbra ita deus dirigit totũ vniuersuz. Unde dicit Ari.in phemio metha.q̃ sapia est principalis ⁊ nõ subseruiẽs.dirigit enĩ ⁊ non dirigit̃.qz sapientis est ordinare ⁊ nõ ordinari. Si g̃ met.ẽ sapia oz q̃ sit caput oĩum aliarz scirz ⁊ ꝛñr oĩum principiorz. ¶ Ex qbus sequtur q̃ metha.est intellect9.scia.⁊ sapia.est enĩ itellectus vt dirigit oĩa principia. Est scia vt demonstrat ꝛclones ex suis principys.⁊ est sapia vt est circa totũ ⁊ nõ circa ptẽ. ¶ Sed dubitat̃ circa tertiã ꝛditionẽ.qz dicit cõmentator 2o metha. q̃ scie math.sũt ĩ p̃ gradu certitudis ⁊ nãles sequũtur eas.g̃ ꝛm cõmen.metha.nõ est scia certissima. ¶ Dicendũ q̃ vnaz sciam esse altera certiorẽ intelligit̃ duplr̃.s.certitudine obiecti ⁊ certitudine modi pcedẽdi vt testat̃ cõmen.in plogo ỏ aĩa dicens astronomiã eẽ firmiorẽ geometria firmitate obiecti.eꝫ aũt.vz.firmitate demonstrationis geomeo.firmior est astrologia. dico g̃ q̃ loquẽdo de certitudine obi metha.tz primũ gradũ certitudinis.nãlis phia 2m. math.3m graduz. dicit.n.phs 2o metha.q̃ sicut se hz oculus noctue ad lucẽ solis ita se hz intellectus nr̃ ad manifestissima in nã.⁊ itelligit inqt ꝛmen.ibi p manifestissima in nã deũ ⁊ intelligentias.iõ rõne taliũ metha.est scientia certissima ⁊ manifestissima.loquẽdo autẽ de certititudine modi pcedendi.sic mathe. scie sunt in primo gradu certitudinis.qz pcedũt ex notiorib9 nobis ⁊ nature vt asserit ꝛmen.in plogo phi.nãles aũt sũt ĩ 2o gradu.qa pcedunt ex notiorib9 nobis ad notiora nãe ⁊ eꝫ.q̃ sunt nobis satis pinq̃.metha.aũt pcedit ex notioribus nob ad notiora nature.⁊ eꝫ que sunt remotissima a nobis.s.deus ⁊ intelligentie.

¶ Sed dialetica nõ est sic diffinitorisi quorũdam nec generis alicuius vni9 ẽ.nõ enim interrogaret. demõstrantẽ enĩ nõ est iterrogare ppter id quod oppositorz esse non demõstrat idem. ostensũ aũt hoc ẽ in his que de longissimo sunt.

¶ Tertia ꝛclo.dialetica nõ est determinate dr̃ie nec determinati gñis subi.pbat̃.q̃libet scia q̃ est determiate dr̃ie vel determinati gñis subi pbat tñ vnã ptem ꝛdictionis.sed dialetica pbat indr̃nter vtrãqz ptẽ ꝛdictiõis.g̃ ⁊c.pz ꝛñia cũ maiori inductiue ⁊ mior est declarata p̃ priorz. ¶ Cõtra pdicta ar.⁊ p̃ q̃ dialetica ẽ determinate dr̃ie.nã dialetica cõsiderat de actibus aĩe ⁊ de intẽtionib9 primis ⁊ scõis q̃ hñt determinatas dr̃ias.g̃ ⁊c. ¶ Scõo ar.q̃ dialetica ẽ determinati generis subi qz cõiter dr̃ syllogisinũ seu ens rõnis eẽ subz logice vel dialetice. ¶ Tertio ar.q̃ dialetica nõ pbat nisi vnaz ptẽ ꝛdictionis.qz dialetica est scia.quelibet aũt scia est habitus acq̃situs p demõstrationẽ.sed demõstratio nõ pbat nisi vnã ptẽ ꝛdictiõis.g̃ ⁊c. ¶ Quarto ar.q̃ aliq̃ scia ẽ determi-

nate dñie ⁊ determinati gñis que tñ pbat vtrãq; ptem ꝑdictionis. qz phia nãlis est hꝫ in ea. n. sũt opiones ꝓie ⁊ ꝑdictorie nẽcio pbãtes duo ꝑdictoria. ¶ Ad pri⁹ dicit Egi. q; act⁹ aie duplr pñt ꝓsiderari. ꝑ vt sũt quedã res. ⁊ sic sunt phisyce ꝓsiderationis ⁊ nõ dialetice. z⁰ vt sũt instrã applicabilia ad res. ⁊ sic sunt dialetice cõsideratiõis. nõ tñ sunt determinate dñie sicut nec res indifferenter sumpte. ¶ Ista rñsio est dubia. ꝑ qz cosideratio actuũ aie vt sũt res: est cõsidera⁰ meth. ⁊ nõ phisica. z⁰ qz cõsideratio istoꝝ vt applicant ad res ẽ cõsideratio physica. cõsiderat. n. physicus act⁹ aie vt sũt cõceptus ⁊ similitudies reꝝ. ¶ Dicen. ẽ ꝯ alr q; act⁹ oio pñt triplr cõsiderari. primo vt sũt actus vel res. ⁊ sic sunt metha. cõsiderationis. Scdo vt sũt res vel actus determinati subi vel obiecti. ⁊ sic sũt phisice cõsideratiõis. Tertio vt sũt dispositiones vel organa arguẽdi ⁊ sic sũt dialetice consideratiõis. ¶ Ad z^m dr q; ẽ duplex dialetica vel logica. s. docẽs ⁊ vtẽs. Dialetica docẽs est illa q̃ dat artẽ ⁊ regulas arguẽdi ⁊ syllogizandi. ⁊ fm hoc dialetica est determinati gñis subi. Dialetica ãt vtẽs est pcessus discursiu⁹ ab vno ad aliũ. ⁊ hic repit ĩ brutis ⁊ in q̃lz scia ⁊ sic q̃lz scia ẽ logica vl dialetica. ⁊ isto⁰ nõ est determinati subi nec determinate dñie ⁊ sic sumendo dialeticã vel logicã ipsa põt pbare oia prin⁹. qz metha. ẽ logica vel dialetica large sumẽdo. ppie aũt sũpta nõ pbat illa. sed solũ tradit artẽ pbãdi eadẽ. ¶ Ad 3^m dr q; dialetica est scia ⁊ modus sciẽdi. in eo q; est scia nõ ppie pbat nisi vnam ptem ꝑdictionis. in eo aũt q; est modus sciẽdi sic pbat ⁊ docet pbare vtrãq; ptem ꝑdictiõis. ¶ Ad 4.^m dr q; si in phia sint opiones ꝓie ⁊ ꝑdictorie nẽcio vna illaꝝ ẽ falsa ⁊ ꝓñr illa nõ est phia. qz phia nõ est nisi veroꝝ ⁊ necessarioꝝ. Et si va phia ad inuestigandã vitatẽ arguit ad vtrãq; ptem ꝑdictõis: ꝫ nõ hꝫ ex se sꝫ ex logica docẽte arguere ad vtrãq; partem contradictionis ⁊ isto modo potest vocari logica. ⁊ hoc ad presens sufficit.

¶ Si autem idem ẽ syllogistica interrogatio ⁊ propositio contradictionis. Propositiões aũt sunt secũdum vnamquãq; sciaꝝ ex qbus ẽ syllogism⁹. Secũdũ vnãquãq; erit vtiq; aliqua interrogatio scibilis: ex quibus q est secũdum vnãquãq; sciaꝝ ppins fit syllogismus.

¶ Ista est z^a pars hui⁹ capli q̃ phs declarat quo⁰ scie se hñt circa propria postq̃ manifestauit quo⁰ se hñt circa cõia. ⁊ iõ qz interrogare ẽ ppriũ opponẽtis ⁊ rñdere rñdẽtis ⁊ disputare vtriusq;. Arist. ponit tres ꝛclones. Quarũ prima ẽ ista. quelibet scia hꝫ ppias interrogatiões. Scda ꝛclo. quelibet scientia habꝫ ppias rñsiones ibi. neq; est oẽm. Tertia conclusio. ois scia hꝫ ppias disputatiões ibi. si autem disputãt. ¶ Pri⁹ ꝛclusio ar. sic. idez est interrogatio syllogistica ⁊ ppõ ꝑdictiõis. sed q̃lz scia hꝫ ppias ppõnes ex qbus fit syllosm⁹ ergo q̃lz scia hꝫ ppias interrogationes scibiles ex qbus fit syllogism⁹. Arguit ergo sic breuiter. idẽ est ppõ ⁊ interrogatio sed q̃lz scia hꝫ ppias ppõnes. ꝯ q̃lz scia hꝫ ppias interrogationes. ¶ Notandũ q; interrogatio ẽ oro sũpta añ actualẽ syllogizationẽ. ꝛclo ẽ oro illata p syllogizationẽ. ⁊ ppõ vt ad ꝑsens sumit ẽ pmissa: qz ppõ idẽ ẽ q; p alio positio. Ex qbus sequit q; eadẽ oro ẽ interrogatio ꝛclo ⁊ ppõ. vbi gra. hec oro. ois hõ ẽ disciplinabilis ẽ interrogatio dũ q̃rit. vtꝝ ois hõ sit disciplinabilis. ⁊ ẽ ꝛclo cũ sic ar. oẽ aial rõale ẽ disciplinabile. ois hõ ẽ aial rõale. ergo ois hõ ẽ disciplinabil. ⁊ eadẽ orõ ẽ ppõ sic arguẽdo. ois hõ ẽ disciplĩabilis. soz. ẽ hõ. ergo soz. ẽ disciplinabilis. ⁊ intelligit arist. p ppõnem ꝑdictõis pmissaꝝ iferẽtẽ alterã partẽ ꝑdictõis. ¶ Primũ dubiũ. vr q; ñ q̃lz scia hẽat ppias interrogatões: qz scia demõstratiua nõ hꝫ ppias interrogatões cũ dictũ sit supra dialeticũ iterrogare ⁊ nõ demõstrare. ¶ Scõm dubiũ. vr q; ex iterrogatõib⁹ nõ fiat syllogism⁹: qz syllogism⁹ fit solũ ex pmissis vl ex ppõnib⁹. ꝛstat aũt q; iterrogatio nõ ẽ pmissa sꝫ ꝛclo. ¶ Ad pmuꝫ dr q; interrogatio duplr sumit. s. large ⁊ stricte. Interrogatio large sumpta idẽ ẽ q; oro pbabilis: ⁊ sic in q̃lz scia sunt iterrogatões sicut ⁊ qõnes. Unde in pn⁰ hui⁹ scdi dicit phs q; qõnes sũt eq̃les nũero bis q̃cũq; vere scim⁹. Interrogatio stricte sũpta idẽ ẽ q; oro pbabilis ad vtrãq; ptẽ ꝑdictõis: ⁊ sic in sola dialetica repiunt interrogatões. ⁊ de tali iterrogatiõe locut⁹ ẽ phs superi⁹: ⁊ sic tã demõstratoꝛ q̃ dialetic⁹ iterrogat. nõ tñ codez mõ: nec de eadẽ re simplr. Nã demõstratoꝛ iterrogat solũ ꝑ ꝛclone nõ aũt ꝑ pmissis idemõstrabilib⁹: nec de pncipiis. dialetic⁹ aũt iterrogat de oib⁹: qz hꝫ viaꝫ pbandi tã pncipia q̃ ꝛclones. et demõstratoꝛ nõ iterrogat nisi de ꝛclone vera. dialeticus aũt indifferẽter tã de vera q̃ de falsa. ¶ Ad scꝫ dr fm egi. q; in demõstratõe oñsiua ex iterrogatõib⁹ fit syllogismus nõ qdẽ syllogism⁹ cui⁹ ẽ iterrogatio sꝫ alteri⁹: ita q; illa. ois hõ ẽ disciplinabil. ẽ ꝛclo in vno syllogismo ⁊ pmissa ĩ alio. iõ ex illa nõ fit syllogism⁹ cui⁹ est iterrogatio vl ꝛclo sꝫ ex illa fit syllogism⁹ cui⁹ ẽ pmissa. In demõstratõe aũt ducẽte ad impossibile sumit oppositũ iterrogatõis ex quo cũ alio ꝛcesso infert aliqd ĩpossibile: ⁊ sic ẽt iterrogatio ĩgredit syllogismũ. interrogatio ꝯ vt iterrogatio vl ꝛclo nõ est illud ex quo fit syllogism⁹: sꝫ in eo q; ppõ aut oppositus illi⁹. ¶ Cred o tñ meli⁹ dicendũ eẽ q; ex iterrogatõe vt iterrogatio ẽ nõ fit syllogism⁹: sꝫ solũ ex iterrogatõe vt ẽ ppõ vl ꝛclo. sicut. n. pmisse sũt ptes essentiales syllogismi: ita ⁊ ꝛclo. sicut ꝯ ex pmissis vt sic fit syllogism⁹: sic ex ꝛclone vt sic: fit iõ syllogism⁹. ⁊ qm̃ ex oppositis pmissaꝝ nõ dr fieri syll's. iõ ex iterrogatõe ñ fit syll's ducẽs ad ĩpossibile. sed bñ ex opposito illi⁹ cũ illõ oppositũ ingrediat demstrationẽ ducẽtẽ ad ĩpossibile ⁊ nõ interrogatio. hec. n. ois hõ est disciplinabilis nõ ingredit demstrationẽ ducẽtẽ ad ĩpossibile sed bñ oppo^m illi⁹ isto⁰. non ois hõ est disciplinabilis ⁊ ois hõ est aial rõnale. ꝯ nõ oẽ aial rõnale est disciplinabile. ingredit enĩ quelibet pmissaꝝ indifferenter tã demstrationẽ oñsiuã q̃ ducẽtẽ ad ĩpossibile. sed ꝛclo q̃ fuit interrogatio nõ ingredit demstrationẽ ducentẽ ad ĩpossibile. sed bene oppositum illius.

¶ Manifestũ ergo q; nõ ois interrogatio geometrica erit neq; medicinalis. silr ãt ⁊ in alijs.

¶ Ex ista ꝛclone cũ sua pbatiõe Arist. infert tria correlaria. Quoꝝ primũ est illud. nulla iterrogatio est indrnter cuiuslibet scie. pbat. nulla ꝛclo est indrnter cuiuslibet scie. sꝫ q̃libꝫ interrogatio est cõclo. ꝯ ⁊c. pꝫ ꝓña cũ minori. maior aũt liq̃t inductiue. qz nulla cõclo est indrnter geometrie ⁊ medicie. ¶ Notãdũ ꝫ Linco. ĩtentionẽ phi eẽ q; nulla cõclo ẽ plũꝫ sciaꝝ. si aũt astrologus cõsiderat spericitatẽ terre sicut ⁊ naturalis hoc ẽ sub alia rõne. qz phs ꝓsiderat spericitatẽ terre vt est passio corpis nãlis mobilis. astrologus vo vt est passio magnitudis mobilis. Ista respõsio est nimis larga. qz sicut idẽ obiectũ ⁊ idẽ termin⁹ est diuersaꝝ sciaꝝ vt colligitur de mente Ari. z⁰ phi. ita eadẽ cõclo est diuersaꝝ sciaꝝ. Nam q̃libet istaꝝ. terra est sperica. luna est eclipsabilis. ẽ conclo nãlis ⁊ astrologica cũ qlibet illoꝝ demõstret illas lꝫ non eodẽ mõ. qm̃ astrologus demõstrat terrã eẽ sperica p ipsaꝫ eq̃lr distare a celo. phs aũt p hoc. qz oẽ graue tendit ad mediũ mundi. silr astrologus pbat eclipsim de luna p solẽ eẽ in capite vel in cauda draconis. phs vo p terraꝫ diametraliter interponi inter solẽ ⁊ lunã. ⁊ iõ intẽtio phi fuit q; nulla cõclusio est indifferenter cuiuslibet scie. aut q; nõ omnis cõclusio est idifferenter plium sciaꝝ ⁊ hoc cõcedit. intẽtio tñ Linco. est va. videlicet q; nulla cõclusio ꝫ eandẽ considerationẽ ẽ pluriũ scientiarnm. quia scientie distinguuntur ex distinctione considerationum.

¶ Sed ex quibus autẽ demonstratur aliquid de quib⁹ geometria est aut ex eisdez demonstratur geometrice sicut ĩ speculatiua. silr autẽ ĩ alijs.

¶ Scõm correlarium. in qualibet scia subalternãte aliqd dicitur ppositio duplr. aut qz illud aliqd demonstratur in scia

illa.aut quia per illā demonstratur aliō in scia subalternata vbi grā a centro ad circūferentiā oēs linee ducte sunt eqles hec est ppō in geometria.qz aliqd p illā demōstrat ī geometria.s.q̄ sup datā lineā ꝛtingit triangulum eqlatex colloca re.hec aūt.linea recta cadēs sup lineā rectā causat angulum rectilineū dato q̄ non demonstret aliqd in geometria tñ dr geometrica ppō qz mō geometrico in ppris termis demō strat aliqd ī pspectiua lz dearticulate.vt q̄ oculus videt ptē dextrā ⁊ sinistrā visibilis:eo q̄ ab illis causant anguli recti linei visuales p ꝛcursuz linearz visualiū rectarz. ¶ Notādū fm auctorē de causis q̄ oīs cā primaria plus ifluit ī effectuz q̄z causa secūdaria.cū ergo ꝛclones geometrice sint cāe pri marie respectu ꝛclusionuz pspectiuarz.qz ab illis pspectiuis accipit sua pncipia ppria.ergo magis ꝛcurrūt ad cōclusiōes pspectiuas q̄z ppria pn⁴ pspectiue.⁊ p ꝛnīs dicunt ppōnes tā geometrice q̄z pspectiue lz p illas nulla ppō geometrica de monstret.oñr enī ppōnes geometrice p q̄z to ī ppris termi nis descēdūt ī pspectiuā vt pmisse.sūt aūt ppōnes pspectiue in q̄z tū illi termini ꝗbunt p alios terminos ex qbus fit ppus terminus scie pspectiue vt sepe est oñsum.

¶ Et de his quidē rationez contingit ponendam esse ex geometricis pricipijs ⁊ ꝛclusionibus: sed principiorz non ponēdaz rōnez eē geometrie secū dū q̄ ē geometria.similit autē ⁊ ī alijs sciētijs.

¶ Tertiū correlariū.q̄libet artifex spālis reddit rōnez suarū interrogationū p principia ⁊ cōc lones nō aūt principiorz in eo q̄ talis sed metha.Si enī aliqua interrogatio est scda cō clusio demōstrata oz q̄ reducat ī pmā cōclusionē ⁊ ex cōse quēti in pncipia prima.tñ pma cōclusio nō reducit ī ꝛclonē sed solū ī pn⁴ q̄ nullus artifex spālis vt sic pōt pbare.sz solū in eo qō methaphyficus.

¶ Neqz omnem est itaqz scientem interrogatio nem interrogare:neqz secundū omne interroga tum respōdere vnoquoque: sed que sunt secun dum scientiam determiatā.

¶ Scda conclusio.q̄libet scia hz ppias rñsiones.pz ex pori qñ sicut q̄libet artifex determinate interrogat ita determi nate rñdet.sicut enī scia hz ppias interrogatiōes rei ita hz ppias responsiōes.⁊ sicut nō spectat ad sciam aliquā spālē interrogare quālz interrogationē ita nō spectat respondere ad qōlibet interrogatū.physicus enī nō interrogat.vtrū oīs triangulus hēat tres angulos eqles duob⁹ rectis neqz respō det ad illud interrogatū sed bñ q̄rit.vtz omne graue tēdat deorsum.⁊ si fuerit interrogatū bñ rñdet. ¶ Sed ꝗ.metha. rñdet ad oēs qōnes vel qz ad illā oīs triangulus hz tres an gulos equales duobus rectis cum considerat de quolibet termino illius:sicut considerat de quolibet ente ergo de illa ppositione cōsiderat. Dicitur q̄ cōsiderat de illa ppōne ⁊ ꝗ quolibet termino eius vt ens est.nō autem vtrū illa passio insit subo de necessitate ⁊ p se nisi postq̄z fuerit demonstrata p geometriā.Uñ añ demonstrationē methaphysicus nescit illud pdicatū eē ppriā passionē subiecti.sed post demōstratōez scit illud ⁊ tūc considerat illā passionē inesse subiecto p se et de necessitate cogscēdo illā triangulo inesse ex pncipys spēi. ¶ Non ergo meth.rñdet ad illā absolute sūptā ⁊ ī suppōne psonali sed tñ materiali:dicēdo illam omnis triangulus hz tres angulos esse quoddam ens complexum cuius extrema realiter differunt.

¶ Si autē disputat aliquis cū geometra secūdu z q̄ geometra manifestū ē quoniā ⁊ bene si ex his aliquid demōstret:si vero non: nō bene. Manifestum est autē quoniā non arguit geometrā sed aut secūdum accñs:quare nō vtiqz erit in nō geometricis de geometria disputādum. Latebit enī praue disputantem.similiter autē ⁊ in alijs se habet scientijs.

¶ Tertia ꝛclo.omnis scia habet ppias disputationes. Ista conclusio patet ex alys tñ arg.sic. Quicūqz arguit ꝗ geome traz geometrice ⁊ ex pncipys geometrie bñ disputat. ⁊ qui cunqz nō arguit geometrice vel non ex pncipys geometrie. nō bñ disputat ergo ⁊c.prima pars pbat sic.quicunqz vincit geometrā vt geometra est bene disputat.sed qcunqz arguit geometrice ex principys geometricis ꝛtra geometrā vincit geometrā vt geometra est.ergo qcunqz talis bene disputat. minor pbat qz arguēs nō geometrice vincit geometrā solū p accidēs p q̄z to forte ē musicus vel arithmeticus.Secūda pars añtis pbat. nā qcunqz arguit latēter cōtra geometrā ita vt nō percipiat an bene vel male arguat non bñ disputat. sed quicunqz arguit nō geometrice aut non ex pncipys geo metricis cōtra geometrā latenter arguit.ergo quilibet talis non bene sed male disputat qō erat pbandū. ¶ Dubitat qa illa ppositio non videtur vera.quicunqz arguit geometrice ex pncipys geometrie vincit geometrā vt geometra ē qa nō semp sic arguens vincit geometrā. aliter enī semp cōclude retur geometrico. ¶ Rñdetur q̄ li vincit in ppposito dicit aptitudinē ⁊ nō actū.licet ergo geometrice arguēs nō semp vincit geometrā.semp tñ aptitudine vincit ipsum.

¶ Quoniā aūt sūt geometrice interrogatōes non ne sunt ⁊ nō geometrice:

¶ Ista est tertia pars hui⁹ capituli.in qua philosoph⁹ mouet aliquas questiones circa pdicta.⁊ facit duo.naz pmo mouet hꝰ questiones.secundo soluit eas ibi.Fm geometriā autem. Prima questio est de conclusionibus.secunda de premissis ibi.scōm vnāquanqz.tertia de syllogismis ibi.vtrum scōm ignorantiam. ¶ Prima ergo questio est ista.vtz interro gationum.i.cōclusionum alique sint geometrice ⁊ alique non geometrice. ⁊ qz ista questio vr superflua exquo philosoph⁹ determinauit ī altera lectione quālibet sciam habere ppas interrogationes ⁊ q̄ nō omnis interrogatio est arithmetice vel gometrice vel medicine. Ideo est notandu z q̄ quadru plex interrogatio respicit geometriā. ¶ Prima īterrogatio conclusio demonstrata in geometria vt super datā lineā cō tingit triangulum eglaterum collocare. Secunda interro gatio est.conclusio demōstrata per pncipia geometrie ī alia scientia vt in perspectiua.videlicet.oculus videt dextrū ma gnitudinis p hoc q̄ ab illa egrediuntur linee causantes an gulum rectilineū in partem dextrā oculi. Tertia interroga tio est cōclusio nō demōstrata in geometria nec ex pncipys geometrie tñ apparet esse conclusa per principia geometrie ratione affinitatis ad suā scientiam subalternantem vt sunt multe cōclusiones musice ppter propinquitatē īter geome triaz ⁊ arithmeticā. Quarta interrogatio est cōclusio demō strata non in geometria nec ex pricipys geometrie vere aut apparenter vt conclusiones naturales.mouet ergo Ari.hāc questionez ppter interrogationes apparenter geometricas de quibus nullam facit mentionem.debet ergo sic intelligi questio.vtrum īterrogationum apparenter geometricaruz alique sint geometrice ⁊ alique nō. ¶ Dubitat.vtz omnis interrogatio geometrica possit esse propositio geometrica ⁊ econtra querendo aut cōsimile idē in alys scientys speciali bus. ¶ Respondetur q̄ aliqua est ppositio geometrica que non est conclusio geometrica lz fit forte ꝛclusio in alia scie tia.vt de pūcto ad pūctum contingit rectam lineaz ducere. per hanc enim geometra multa demonstrat.non tñ demon stratur in geometria.sed in naturali phia.s.in 6° phi. ¶ Ali qua autem est conclusio geometrica que non est propositio geometrica in scientia geometrie.nec in aliqua alia.vt illa que demonstratur geometria per quā nihil demonstratur ī geometria neqz in alia scientia ⁊c. Aliqua vero est conclusio geometrica q̄ est ppō geometrica non qdez in geometria:sz in alia scientia.vt conclusio demonstrata in geometria per

quã nihil demõstratur in geometria sed in perspectiua. Aliqua autem est cõclusio geometrica que ẽ propositio geometrica sic q̃ ipsa demonstratur in geometria ⁊ per ipsa3 aliqd demonstratur in geometria. vt omnis angulus extrinsecus trianguli equiualet duobus oppositis intrinsecis. hec enim probatur in geometria p lineã illam secantẽ eque distante3 tertio lateri. ⁊ pbat tres angulos esse equales duob⁹ rectis etiã in geometria.

¶ Et que secundum vnamquãque scientiã ⁊ que secundũ ignorantiã quãlibet geometrice sũt.

¶ Et q̃ scõm vnamquãq3. ¶ Secunda questio ẽ de p̃missis. vtrum ꝓpositiones scõm ignorantiã geometrie sint geometrice censende. Propositiones scõm sciẽtia3 geometrie sunt propositiones vere quibus intellect⁹ assentit ex notitia terminorum aut ex discursu morose vel imperceptibili. vt omnes anguli recti sũt equales. nõ ꝯtingit paralellas ꝯcurrere. ꝓpositiones autẽ scõm ignorantiã geometrie sunt opposita hax vt anguli recti sunt equales. linee paralelle ꝯcurrunt. de talibus ergo que sunt scõm ignorantia geometrie: queritur vtru3 sint geometrice vel nõ. Consimilis q̃õ potest fieri de ꝓpositionibus ꝓm ignorantiã alia3 artiũ.

¶ Et vtrũ secundũ ignorãtiã fit qui ex oppositis syllogismus aut palogismus.

¶ Tertia questio. vtrum syllogismus ignorantie sit syllogismus vel paralogism⁹. Syllogismus scõm scientia3 est ille q̃ ꝓcedit ex principijs vt omnes anguli recti sunt equales isti sunt anguli recti. igitur sunt equales. Syllogismus vero ꝓm ignorantia3 est ille qui ꝓcedit ex oppositis principiorum. vt omnes linee paralelle cõcurrũt. a ⁊ b sunt linee paralelle. g̃ a ⁊ b ꝯcurrũt. ⁊ de tali syllogismo queritur vtrũ sit verus syllogismus aut paralogismus.

¶ Scõ3 geometriã aũt aut ex alia arte vt musica est interrogatio nõ geometrica.

¶ Ad primã questionẽ respondet Aristo. q̃ alique videntur eẽ interrogationes alicuius scientie que tñ non sunt interrogationes illius scientie sicut cõclusiones musice videntur esse geometrice non tamen sunt geometrice. vbi intelligendu3 est q̃ alique videntur esse cõclusiones geometrice ⁊ sũt geometrice. vt sup datã lineã ꝯtingit triangulũ eqlaterum collocare. omnis triãgulus habet tres angulos equales duob⁹ rectis. ⁊ alique nõ videntur geometrice ⁊ sunt geometrice. vt oculo videtur dextrũ ⁊ sinistrũ magnitudinis. Alique videntur geometrice ⁊ nõ sũt geo. vt q̃nti toni ad q̃rtũ ẽ ꝓpor tio sexquiquarta. Alique non sunt geome. nec videntur geometrice. vt omne graue tẽdit deorsum ⁊ omne leue sursum. Intendit ergo philosophus q̃ interrogationũ que videntur esse alicuius scientie alique sunt illius scientie: ⁊ alique nõ. vt patuit de geometri. ⁊ idem põt ostendi in phia naturali. nã materia est potentia. ⁊ forma est actus. iste videntur eẽ phisice ⁊ nõ sunt. sed metha. he autem materia est potẽtia ad formã generandã. forma est actus materie transmutabilis videntur esse phisice ⁊ nõ sunt phisice. ¶ Notandũ ꝑmo q̃ aliud est esse cõclusionẽ geometrie ⁊ aliud conclusionẽ geometricam. Nam ad hoc q̃ aliqua cõclusio sit geometrie oꝫ q̃ sit demonstrata in geometria per ꝑncipia ꝓpria ⁊ p ꝓpos terminos geometrie. vt oĩs triangulus habet tres angulos Ad hoc aũt q̃ sit geometrica sufficit q̃ sit p ꝑncipia geometrica. ⁊ sic omnis cõclusio ꝓspectiue est geometrica. ⁊ omnis conclusio musica est arithmetica. ¶ Scõo notãdũ q̃ ꝯclusiones musice nõ sũt geometrice. q̃ nõ sunt p ꝑncipia ꝓpria geometrie. sed arithme. tñ videntur geometrice ꝓpter ꝓpinquitatem ⁊ affinitatẽ geome. cũ arith. que quidem ꝓpinquitas sumitur ex quattuor. ¶ Primo ex parte subiecti remoti. q̃ quelibet earum est de quãtitate: ꝫ vna earum sit de q̃ztitate cõtinua ⁊ alia de quãtitate discreta. ¶ Scõo ex parte ꝑncipiorum cõiuꝫ. nam quelibet earum vtitur his ꝑncipijs. ſ. oẽ totum ẽ maius sua parte. si ab equalibus equalia demas remanentia sunt equalia. ꝫ geometra cõtrahat ad magnitudinem ⁊ arithmeticus ad numerũ. ¶ Tertio ex parte terminorum. quia quelibet earum vtitur his terminis. cubũ. quadratum. circulare. supficiale. ꝫ geome. ꝓprie ⁊ arithmetic⁹ trãsumptiue. ¶ Quarto ex parte tradentis ⁊ ꝯtinẽtis. quoniam Euclides in eodẽ libro. ſ. 6⁰ elencoꝝ docuit ⁊ demõstrauit tã geo. q̃ arithmeticã.

¶ De geometria paralellos subire opiari geometrica quodãmodo ẽ ⁊ nõ geometrica alio modo. duplicit enim est hoc sicut arithmon: q̃d est sine rithmo. altera quidẽ non geometrica est in non habendo: altera vero in praue habẽdo ⁊ ignorãtia huius que ex huiusmodi ꝑcipijs ꝯraria ẽ.

¶ Ad scõam q̃õnem rñdet phs q̃ ꝓpositões ꝓm ignorantiã geome. sũt aliquo modo geometrice ⁊ aliquo modo nõ geometrice. Unde q̃ subiectũ ⁊ p̃dicatũ sunt termini geometrici. quia materia ꝓpositionis. iõ ille ꝓpõnes sunt geometrice ꝓm materiã. ⁊ quia cõpositio que est forma ꝓpositionis nõ est geometrica. iõ ille ꝓm formã non sunt geometrice. ⁊ quia materia nõ dat esse nisi ꝓm qd. forma aũt simplr. iõ a forma sumẽda est absolute ⁊ simplr demonstratio. ꝓpter quã cãm tales ꝓpõnes sunt cẽsende nõ geometrice. Unde sicut arithmon vox dicitur sine cõsonãtia aut q̃ nullã hꝫ cõsonãtiam aut q̃ habet prauã. ita aliqua ꝓpositio dicit nõ geometrica aut q̃ non cõponitur ex terminis geometricis aut q̃ praue ꝯponitur ex illis. ¶ Notandũ q̃ sicut eadẽ materia numero recipit diuersas formas successiue quax aliqua est cõueniẽs ⁊ aliqua discõueniẽs: ita idẽ termini recipiunt diuersas cõpositiones successiue quax aliqua est cõueniẽs. ſ. que facit ꝓpõnem verã. ⁊ aliqua discõueniẽs que facit ꝓpõnem falsa3. ⁊ sicut monstrũ est humanũ rõne materie ⁊ est nõ humanu3 rõne forme. quia monstruositas est discõueniens forme humane. ita opposita ꝑncipiorum geometrie sunt ꝓpositiones geome. ꝓm imãm ⁊ nõ ꝓm formã. vt linee paralelle ꝯcurrũt. anguli recti sunt equales. termini enim sũt geometrici. sed compositio nõ est geometrica cum opponatur compositioni geometrice.

¶ In doctrinis autem non est paralogism⁹. similiter sic in dialogis eo q̃ mediũ sit semp dupliciter: ⁊ de hoc enim omni. ⁊ hoc iterum dicit de alio omni. q̃ ãt pater non dicitur omne.

¶ Ad tertiã q̃õnem rñdet phs q̃ in sciẽtijs demonstratiuis syllogismus qui est ꝫ ignorantiã nõ est paralogismus. quia licet peccet in materia non tamen in forma eo q̃ ẽ in modo ⁊ in figura. cum arguat ex tribus terminis solũ bis añ conclusionẽ cui debet addi signũ vſe in prima figura ⁊ nõ maiori extremitati. vt dicendo omnis homo est aĩal. ⁊ nõ dicẽdo homo ẽ omne aĩal. ⁊ rõ quia subiectũ se habet vt materia ⁊ predicatũ vt forma. cũ ergo forma sit per se idiuisibilis materia autem diuisibilis rõne cuius diuidit forma. iõ signum vniuersale dicens diuisionẽ debet addi subiecto ⁊ nõ p̃dicato quod ẽ maior extremitas. ¶ Notãdũ ꝑmo q̃ syllogismorum quidã peccant in forma ⁊ in materia. In forma quidez quia non regulant in modo ⁊ in figura. In materia autẽ qa altera premissarũ est falsa. vt omnis homo est animal. nullũ risibile est homo. g̃ nullum risibile est aĩal. ¶ Quidã autem nec in materia nec in ĩ forma peccant quia regulantur ĩ modo ⁊ in figura. ⁊ vtraq3 premissarum est vera. vt omnis homo est animal. omne risibile est homo. ergo omne risibile ẽ animal. ¶ Quidam autem peccãt in forma ⁊ non in materia. ſ. quia non bene regulantur in modo ⁊ in figura. tñ quelibet premissarũ est vera. vt omnis homo ẽ animal. nullus lapis est homo. ergo nullus homo est animal. ¶ Quidam aũt peccant in materia ⁊ in forma. q̃ bene regulantur. sed vna

premissarum est falsa. vt omnis homo est animal. omis lapis ē homo. ergo omnis lapis est animal. talis enī sillogism⁹ optimus est quātūcūq; peccet in mā. ⁊ ideo dicit Ari. q̄ syllogismus ꝓcedēs ex oppositis p̄ncipiorū est syllogismus ⁊ non paralogismus: qz lz peccet in mā non tñ in forma. ¶ Secūdo notandum q̄ qñcunq; aliqua duo ꝯcurrūt ad ꝯpositionem alicui⁹ terty: illud qd̄ p̄us ꝯcurrit tenet locū materie ⁊ qd̄ posterius venit tenet locum forme. ¶ Cōstat autē subm ⁊ p̄dicatum ꝯcurrere ad ꝯpōnē ꝓpōnis. ⁊ necessario p̄us cōcurrit subm q̄z p̄dicatū. ergo subz tenet locum mātē ⁊ predicatū tz locū forme. Neqz loquor hic de p̄oritate tpis sz solū nāe. qa in mente non p̄ius tpe cōponit subz q̄z p̄dicatū. ¶ Dubitatur. nā dictū est in rñsione ad scdāz qōnem q̄ subm ⁊ p̄dicatum sunt mā ꝓpōnis. quō ergo p̄dicatuz est forma subiecti? ¶ Rñdetur q̄ sicut elemēta si sint formaliter in mixto sūt mā mixti ⁊ tñ ignis se hz vt forma respcū aliorū qz vt asserit ꝯmentator 2° de anima quādocunq; ex pluribus fit vnum necessario alterum illorū est vt forma. s. nobilius et alteruz vt mā. s. ignobilius. sil'r aīa sensitiua ⁊ aīa ītellectiua sūt forme hōis. ⁊ tñ aīa intellectiua ꝯpata ad sensitiuā se hz vt forma ⁊ sensitiua vt mā. ita in ꝓposito subiectū ⁊ p̄dicatum cōparata ad ꝓpositionez sunt materia illius. tñ cōparata inuicem p̄dicatuz dicitur forma ⁊ subiectū mā. ¶ Sed ⁊. gen⁹ est pars mālis spēi sicut ⁊ dr̄ia est formalis pars. ergo genus non se hz vt forma respectu spēi. sed genus est p̄dicatū ⁊ spēs subiectū p Aristo. in p̄dicamētis. q̄ nō semp p̄dicatum dicit formā subiecti. ¶ Item nihil est forma vel mā suypsius. sz aliquādo idē p̄dicatur de seipso vt homo est homo. q̄ aliqua est ꝓpositio cuius subiectum nō hz rōez materie nec p̄dicatum rōnez forme. ¶ Ad p̄mū dicit q̄ genus est pars spēi et pars diffinitionis spēi. ⁊ est totum spēi. inq̄tuz est pars spēi nō hz rōnez forme sed materie. inq̄tum est pars diffōnis hz rōnem forme. qz ptes diffōnis sunt forme 7° meth. ⁊ 2° phi. inq̄tū vō est totū speciei iterū habet rationē forme. quoniā forma est totum cōpositū ⁊ spēs vt asserit Ari. 2° phi. vbi expresse dicit quodlibet superius esse formam sui inferiorīs.

¶ Ad 2ᵐ dicitur q̄ quādo idem predicatur de seipso nihil illius ꝓpositionis habet ꝓprie rationem subiecti ⁊ p̄dicati exqto illud quod ponitur p subo ⁊ illud qd̄ ponit p p̄dicato non differunt. talis enim ꝓpositio non ꝓprie ingredit syllogismum qz tunc syllogismus fieret ex duob⁹ terminis. quod est cōtra doctrinā phi. p̄mo p̄orum. Arist. autē loquit hic de ꝓpōne ingrediēte syllogismū. Constat aūt quālibet talē hr̄e subiectum ⁊ p̄dicatum diuersa.

¶ Hec aūt sunt vt videre est intellectu sed in rōnibus latet vtrū omnis circulus figura sit. si autem scribatur manifestū est. qd̄ aūt sūt carmina circulus manifestū qm̄ nō est.

¶ Ista est quarta pars hui⁹ capituli in qua Arist. assignat cāz quare magis accipit exēpla mathematicalia q̄z alia scia ex eo solū qz minus decipimur in mathematicis q̄z in alys sciētys. ¶ Ad qd̄ oñdendum ponit duas ꝯclones. quarū p⁹ est ista. Scie mathematice sunt alys certiores. Scda cōclo. scientie mathematice sunt alys firmiores. ibi. si autē essent. ¶ Prima ꝯclo triplr arguitur. ⁊ p̄ sic. ille scie que magis se offerunt intellectui sunt alys certiores. sz scie mathematice sunt hj. q̄ scie mathematice sunt alys certiores. tz ꝯsequētia cū maiori ⁊ minor declarat. nā istud qd̄ se magis offert sensui magis se offert ītellectui ex quo notitia intellect⁹ dependet ex notitia sensus p phm 3° de aīa: sed scientie mathematice magis se offerunt sensui. nā geometra nō ꝯcederet absolute istā. omis circulus est figura pp equocationē illi⁹ termini circulus. qz posset argui sic. sed carmē homeri est circulus. q̄ carmē homeri est figura. qd̄ est falsuz. sed solūmodo ꝯcedit illā vt equalet isti. omnis talis circulus ē figura. demr̄ando lineā vno termino clausaz in puluere scriptā. ¶ Notādum p̄mo q̄ scia quedā sūt sermocinales vt grāmatica rhetorica ⁊ logica. ⁊ q̄dā nālēs vt lib phisicorū ⁊ alie ptes phie. q̄dā diuine vt methaphisica ⁊ sacra theologia. q̄dā vō doctrinales vt mathematice. s. geometria ⁊ arithme. ⁊ dñr doctrinales qz ceteris magis docēt. nā alie docēt cū aliq̄li formidine iste autem sine aliq̄ hesitatiōe. alie docēt cū multitudine opinionū. iste sine mixtura opīonū. Ille post syllogizationez relinquūt dubitationez. iste nullā. imo maximā euidētiaz. Ille ꝓcedūt vt plurimū a notioribus nobis. iste aūt semp a notioribus nature. ¶ Scdo notādū q̄ gnāl'r p̄misse mathematicalīū habent p sensum ⁊ p inductionē. nā ad ꝯcludendum q̄ sup datā lineaz cōtingit triangulū eqlaterū collocare. oportet describere i tabula duos circulos intersecantes se inuicem in centris ⁊ ad probandum illam. omnis triangulus hz tres angulos eq̄les duob⁹ rectis oz describere triangulū cū angulo extrinseco diso p lineā secātē eq̄ distantem tertio lateri. Als ātē scias hr̄e possum⁹ in magna pte absq; expientia sensus. ea ātē q̄ sunt nota ad expientiam magis se offerunt intellectui. ideo mathematice magis alys dicuntur se offerre intellectui.

Circuli se inuicē intersecātes in centris



¶ Tertio notandū fm phm in de memoria ⁊ reminiscētia. q̄ nostū intelligere est semp cū continuo ⁊ tpe. cū ergo mathematice sint spāliter de continuo vt geome. de ꝯtinuo integro. ⁊ arithme. de ꝯtinuo diuiso. qz numerus cātur ex diuisione ꝯtinui 3° phisi. q̄ magis iste q̄z alie scie hūt mouere itellectū. maxime qz nūq̄z mouet. ensus ab extriseco qn moueat a magnitudine ⁊ vnitate q̄ sūt sensibilia cōia vt declarat phs 2° de aīa. iō dicit ꝯmen. 2° meth. q̄ scie mathe. sūt i p̄ gradu certitudinis. ¶ Dubitat. qz non vr̄ verū q̄ illud qd̄ se magis offert sensui se offerat magis itellectui. qa singl'are magl se offert sēsui q̄z vl'e ⁊ tñ vl'e magis se offert intellectui cū ipm sit ꝓprium obm ītellect⁹ p Ari. 3° de aīa. inq̄t enī ꝯmen. ibidē q̄ intellect⁹ intelligit vl'e p se. singulare ātē mediāte sensu. Rñdet q̄ intētio Ari. est ꝯpare singulare singulari ⁊ vl'e vl'i. nō ātē singulare vl'i. sic q̄ si aliqd̄ singulare magis se offert sensui q̄z aliud singulare. etiā se magis offert intellectui. ⁊ si aliqd̄ vl'e se magis offert sensui q̄z aliud vl'e ētē se magis offert ītellectui. iō ꝯpat scias adiuicē q̄ sūt de vl'ib⁹ nō tñ habent absq; cogne singulariū.

¶ Non oz aūt instantiā in ipm ferre si sit ꝓpō iductiua. sicut. n. ꝓpō est q̄ nō ē in pl'ibus. nō. n. erit ī oibus. ex vl'ibus ātē est syll's. manifestū autem est qm̄ neqz instātia ē. eedē enī sūt ꝓpōnes ⁊ instantie. quā enī ferūt instantiā. hec erit vtriqz ꝓpō aut dialetica aut demonstratiua.

¶ Scdo arg. ad eandē ꝯclonez sic. ille scientie sunt certiores in qbus nō ꝯtingit instare pticulariter sed tñ vl'r. ī scientys aūt mathematicis instat vl'r solum ⁊ in alys pticulariter. q̄ scie mathematice sunt alys certiores. tenet ꝯsēa cū maiori. qz notitia vl'is ē notior q̄z notitia singularis cū illa ñ mutet a vitate in falsitatē sicut notitia singularis. minor aūt declaratur. nā ī mathematicis p̄dicatū inest subo fm q̄ ipz. ergo sicut nō pōt inesse vni ꝯtēto sub subo qn insit cuilibz: ita nō ab vno remoueri qn remoueat a quolibet. ⁊ iō pbās aliquē triangulū nō hr̄e tres angulos nēcio pbat nullū triangulū hr̄e tres angulos. in alys ātē sciētys nō ita ꝯtingit. nā in phia nāli nō pbat nullū corpus eē in loco neqz oē corp⁹ moueri. sed solū aliqd̄ corp⁹ nō esse in loco. s. celū. ⁊ aliqd̄ corp⁹ nūq̄z moueri. s. terrā. ¶ Notandū p̄ fm phm q̄ in q̄libet scientia

rales debēt eē instātie q̃les sūt. Ppōnes. qz sicut ꝛcl'o ⁊ iterrogatio sunt vnū ⁊ idē sub diuersis rōnibus ita ppō ⁊ istantia. dicitur enī ppō. qz est p̄missa ad aliquā ꝛcl'onē. ⁊ dicitur instantia qz in p̄missa ad oppo⁹ illius. sed in scientys demōstratiuis ppōnes sunt vl'es. g̃ etiā instātie sūt vl'es. ¶ Scdo notādū ſz ph̄m q̃ solū in sciētys demōstratiuis repiuntur gnāl'r ppōes vl'es. i. vbi p̄dicatū ē vl'e subi aut iest subo formal'r ſz q̃ hꝫ vt pz iductiue. In dialeticis āt ⁊ nālib⁹ h̄ ñ reperitur vt oē corp⁹ ē in loco oē corp⁹ est mobile cū eē in loco vel eē mobile non insit corpori ſm q̃ hꝫ. sed rōne alicuius inferioris. ⁊ hoc itelligēdo p mobile illud qd̄ pōt moueri. qz si dicit aptitudinē tm̄ hñ cōpetit corpori ſm q̃ huius ī nālibus enī pcedim⁹ ab effectu ad cām vbi raro inuenim⁹ causā adequātā effectui. in mathematicis autem pcedimus a causa ad effectū adequatum illi.

¶ Cōtingit aūt quosdā nō syllogistice dicere pp hoc q̃ accipiūt vtrisqz iherētia: vt ⁊ scenes facit q̃ ignis i multiplicata analogia sit. ⁊ nāqz ignis cito gñatur vt dicit. ⁊ hec est analogia. Aliquando hdē igit̄ syllogizare nō ꝛtingit ex acceptis. aliqñ vero ꝛtingit sed nō videtur.

